Manuale frm̄ p̄dicatoꝝ.

A morientis: preciū redi-



¶ Bernard⁹ circuiuire possuȝ domine celū ⁊ terraȝ ⁊ nunq̄ te inueniā nisi in cruce ibi pa-scis et cubas in meridie.

Quia tota perfectio veri filij ex immitatione boni dependet parēt̄is. Et de beato dominico patre nostro legitur: q̄ euangelium Matthei ⁊ epistolas Pauli secū semper ferebat vndiq̄ per orbem euāgelizando discurrens: ne nos ī hoc degeneres videamur: epithoma hoc ordinatū est a quodam religioso ordinis predicatorū conuentus sancti Pauli Hispalensis in quo infra scripta continentur.

¶ Euangelium secundū Mattheum.
¶ Cronica summaria ordinis.
¶ Suma constitutionum nostrarum alphabetica.
¶ Sūmarium notabilium priuilegiorū ordinis.

[illegible]

¶ Incipit euangeliũ Mat thei. Capitulum primum.



Iber generatio-
nis Jesu christi filij dauid: fi-
lij abraã. Abraam genuit ysa-
ac. Ysaac autem genuit iacob:
Jacob autem genuit iudam ⁊
fratrem eius. Judas autez ge-
nuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autez
genuit esrom: esrõ autem genuit aram. Arã autẽ
genuit aminadab. Aminadab autem genuit na-
ason. Naason autem genuit salmõ. Salmõ autẽ
genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth
ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem
genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit sa-
lomonem ex ea q̃ fuit vrie. Salomõ autem genu-
it roboã. Roboam autem genuit abiaz. Abias
autem genuit asa. Asa autẽ genuit iosaphat. Jo-
saphat autem genuit ioram. Jorã autem genuit
oziam. Ozias autem genuit ioathan. Joathan
autem genuit achaz. Achaz aũt genuit ezechiã.
Ezechias autem genuit manassen. Manasses
autem genuit amõ. Amon autem genuit iosiam.
Josias autem genuit iechoniaz ⁊ fratres eius in

trāsmigratione babylonis. Et post trāsmigratio
nez babylonis. Iechonias genuit salathiel. Sa
lathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel au
tem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachī.
Eliachim autem genuit azor. Azor autem genu
it sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim
autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar
Eleazar autem genuit mathan. Mathan autez
genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph viruz
marie: de qua natus est iesus qui vocatur xp̄s.
Omnes itaq3 generationes ab abraam vsq3 ad
dauid: generatiōes quattuordeci: et a dauid vsq3
ad transmigrationem babylonis: generationes
quattuordecim: et a transmigratione babylonis
vsq3 ad xp̄m: generationes quattuordeciz. Chri
sti aūt generatio sic erat. Cū esset desp̄ōsata mat̄
iesu maria ioseph: anteq̄ cōuenirent: inuenta est
in vtero habens de sp̄u sancto. Ioseph autez vir
eius cū esset iustus: et nollet eam traducere: volu
it occulte dimittere eam. Hec aūt eo cogitāte: ec-
ce angelus dn̄i apparuit in somnis ioseph dicēs.
Ioseph fili dauid: noli timere accipere mariā cō-
iugem tuā. Quod enim in ea natū est de spiritu
sancto est. Pariet autem filium et vocabis nomē
eius iesum. Ipse enim saluū faciet populum suū
a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est:

vt adimpleretur quod dictū est a dño p̄ prophetā dicentem. Ecce virgo in vtero habebit ⁊ pariet filium ⁊ vocabit̄ nomen eius hemanuel: qđ est interpretatū nobiscū deus. Exurgēs aūt ioseph a somno fecit sicut precepit ei angelus dñi ⁊ accepit coniugē suam. Et nō cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitū: ⁊ vocauit nomen eius Jesum. Caput. ij.

Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriēte venerūt hierosolymā dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeoꝝ? Uidimus enim stellam eius in oriente ⁊ venimus adorare eū. Audiens aūt herodes rex turbatus est: ⁊ omnis hierosolyma cū illo. Et congregās omnes principes sacerdotū ⁊ scribas populi sciscitabat̄ ab eis vbi xp̄s nasceretur. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptū est per prophetā. Et tu bethleē terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te eni exiet dux qui regat populū meū israel. Tūc herodes clā vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle q̄ apparuit eis: ⁊ mittens illos in bethleem: dixit. Ite ⁊ interrogate diligēter de puero: ⁊ cū inueneritis renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorem eū. Qui cum audissent regem abierūt. Et ecce stella quā viderant in orien

te antecedebat eos: vsqʒ dum veniēs staret sup ā
vbi erat puer. Uidentes autē stellaʒ gauisi sunt
gaudio magno valde. Et intrātes domū inuene-
runt puerū cuʒ maria matre eius: ⁊ procidentes
adorauerunt eum: ⁊ aptis thesauris suis obtule
runt ei munera: aurū: thus ⁊ myrrhā. Et respon-
so accepto in somnis ne redirēt ad herodeʒ p aliā
viā reuersi sunt in regionē suam. Qui cū recessis
sent: ecce angelus domini apparuit in somnis io-
seph dicēs. Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrē ei⁹
⁊ fuge in egyptū: ⁊ esto ibi vsqʒ dū dicaʒ tibi. Fu
turum est enī vt herodes querat puerū ad perdē
dum eū. Qui cōsurgēs accepit puerū ⁊ matrem
ei⁹ nocte: ⁊ secessit in egyptuʒ. Et erat ibi vsqʒ ad
obitum herodis vt adimpleret quod dictum est
a dn̄o per prophetā dicentē. Ex egypto vocaui fi
lium meū. Tunc herodes vidēs qm̄ illusus esset
a magis: iratus est valde: ⁊ mittens occidit om̄es
pueros qui erāt in bethlee ⁊ in omnibus finibus
eius a bimatu ⁊ infra secundū tēpus quod exqui
sierat a magis. Tunc adimpletū est: quod dictuʒ
est per hieremiā prophetam dicentē. Uox in ra-
ma audita est: ploratus ⁊ vlulat⁹ multus: rachel
plorans filios suos ⁊ noluit consolari qꝛ nō sunt.
Defuncto autē herode: ecce āgelus dn̄i apparuit
in somnis ioseph ī egypto dicēs. Surge ⁊ accipe

puerũ ⁊ matrẽ eius ⁊ vade in terrã israel. Defun
cti sunt eni qui q̃rebant animã pueri. Qui cõsur-
gens accepit puerũ ⁊ matrẽ eius ⁊ venit in terraȝ
israel. Audiẽs aũt q̃ archela⁹ regnaret in iudea
pro herode patre suo timuit illo ire: ⁊ admonit⁹
in somnis secessit in partes galilee. Et veniẽs ha
bitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adim
pleretur quod dictum est per prophetas: quoniã
nazareus vocabitur. Cap. iij.

IN diebus aũt illis venit ioannes baptista
predicans in deserto iudee ⁊ dicẽs. Peni-
tentiã agite appropinquabit eni regnũ celorum.
Hic est enim de quo dictũ est per esaiã prophetã
dicentẽ. Vox clamãtis in deserto parate viã do-
mini: rectas facite semitas ei⁹. Ipse autẽ ioãnes
habebat vestimentũ de pilis camelorũ: ⁊ zonam
pelliceam circa lumbos suos. Esca autem ei⁹ lo-
custe ⁊ mel siluestre. Tunc exibat ad eum hiero-
solyma ⁊ omnis iudea: ⁊ omnis regio circa iorda
nem. Et baptizabantur ab eo in iordane confitẽ
tes peccata sua. Videns aũt multos phariseorũ
⁊ saduceorũ: veniẽtes ad baptismũ suũ dixit eis.
Progenies viperarum: quis demonstrabit vos
fugere a vẽtura ira. Facite ergo fructuȝ dignum
penitentie. Et ne velitis dicere intra vos patrem
habemus abraam. Dico enim vobis: q̃m potẽs

est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae.
Iam enim securis ad radicem arborũ posita est.
Omnis ergo arbor q̄ non facit fructũ bonũ exci
detur: ⁊ in ignem mittet. Ego quidem baptizo
vos in aqua in penitentiã: qui autem post me ven
turus est: fortior me est: cuius nõ sum dignus cal
ciamẽta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu
sancto ⁊ igni. Cuius ventilabrũ in manu sua: ⁊ per-
mũdabit areã suam: ⁊ congregabit triticũ in hor-
reum suũ: paleas autẽ cõburet igni inextinguibi
li. Tũc venit iesus a galilea in iordanem ad ioan
nem vt baptizaret ab eo. Ioãnes autẽ prohibe
bat eum dicẽs. Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu ve
nis ad me? Respõdens aũt iesus dixit ei. Sine
modo. Sic enĩ decet nos implere omnẽ iusticiã.
Tũc dimisit eum. Baptizatus aũt iesus cõfestĩ
ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: ⁊ vi-
dit spũm dei descendentẽ sicut columbã: ⁊ venien
tem sup se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est fi
lius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Cap. iiij.

Tunc iesus ductus est in desertum a spiritu
vt tentaret a diabolo: ⁊ cũ ieiunasset q̄dra-
ginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: postea esu-
riit. Et accedens tẽptator dixit ei. Si filius dei
es dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdẽs
dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit ho-

mo:sed in omni verbo quod procedit de ore dei.
Tūc assumpsit eū diabolus in sanctā ciuitatem:
⁊ statuit eum sup̄ pinaculum tēpli:⁊ dixit ei. Si
filius dei es mitte te deorsum. Scriptū est enim:
quia angelis suis mandauit de te: ⁊ in manibus
tollēt te:ne forte offendas ad lapidem pedem tu-
um. Ait illi iesus rursum. Scriptū est. Nō tenta
bis dominū deum tuū. Iterū assumpsit eum dia
bolus in montem excelsum valde: ⁊ ostēdit ei om
nia regna mūdi ⁊ gloriā eorū: ⁊ dixit ei. Hec oīa
tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tūc dixit ei 3
iesus. Vade sathana. Scriptū est enī. Dñz deū
tuum adorabis ⁊ illi soli seruies. Tūc reliquit eū
diabolus: ⁊ ecce angeli accesserūt ⁊ ministrabant
ei. Cū autem audisset iesus q̄ ioannes traditus
esset: secessit in galileā ⁊ relicta ciuitate nazareth:
venit ⁊ habitauit in ciuitate capharnaum mariti
ma: in finibus zabulō ⁊ neptalim: vt adipleretur
quod dictū est per esaiam prophetā. Terra zabu
lon ⁊ terra neptalim: via maris iordanem galilee
gentiū: populus q̄ ambulabat in tenebris vidit
lucem magnā: ⁊ sedentib⁹ in regione vmbre mor
tis lux orta est eis. Exinde cepit iesus predicare ⁊
dicere. Penitentiā agite. Appropinquabit eniz
regnū celorū. Ambulās aūt iesus iuxta mare ga
lilee vidit duos fratres symonē q̄ vocatur petrus

ꝛ andreā fratrē eiꝰ mittētes rete in mare. Erāt
eniꝫ piſcatores. Et ait illis: venite poſt me: ꝛ faciā
vos fieri piſcatores hominū. At illi continuo re
lictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procedēs inde
vidit alios duos fratres: iacobū zebedei ꝛ ioan/
nem fratrē eius in nauicum zebedeo patre eoruꝫ
reficientes retia ſua: ꝛ vocauit eos. Illi aūt ſtatī
relictis retibus ꝛ patre ſecuti ſunt eum. Et circu/
ibat ieſus totaꝫ galileā docēs in ſynagogis eoꝝ:
ꝛ predicans euangeliū regni: ꝛ ſanās omnem lan
guorem ꝛ omnē infirmitatē in populo. Et abijt
opinio eius in totā ſyriam ꝛ obtulerūt ei omnes
male habētes varijs lāguoribus ꝛ tormentis cō
prehenſos: ꝛ qui demonia habebāt ꝛ lunaticos ꝛ
paralyticos: ꝛ curauit eos. Et ſecute ſunt eū tur/
be multe de galilea ꝛ de capoli: ꝛ d̄ hieroſolymis
ꝛ de iudea: ꝛ de trans iordanem. Caput. v.

Videns autē ieſus turbas: aſcendit in mon
tem: ꝛ cū ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſci/
puli eius: ꝛ aperiens os ſuum docebat eos dicēs.
Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſoꝝ eſt regnū
celorum. Beati mittes quoniā ipſi poſſidebunt
terram. Beati qui lugēt: quoniā ipſi conſolabū/
tur. Beati qui eſuriūt ꝛ ſitiunt iuſticiā: quoniam
ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniaꝫ
ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mūdo

corde: quoniam ipsi deum videbūt. Beati paci-
fici: quoniā filij dei vocabūtur. Beati qui perse-
cutionem patiūtur propter iusticiam: quoniam
ipsorū est regnū celorum. Beati estis cū maledi-
xerint vobis homines et psecuti vos fuerint et di
xerit omne malū aduersus vos mentiētes ppter
me. Gaudete et exultate: quoniam merces vr̄a co
piosa est in celis. Sic eni psecuti sunt pphetas q̄
fuerunt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si sal
euanuerit: in quo salietur? Ad nihilum valet vltra:
nisi vt mittatur foras et cōculcetur ab hominib9.
Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscon
di: supra montē posita: neqz accendūt lucernaz et
ponunt eam sub modio sed sup candelabrū: vt lu
ceat omnibus q̄ in domo sunt. Sic luceat lux vr̄a
corā hominib9 vt videāt opa vestra bona: et glori
ficent patrez vr̄m qui in celis est. Nolite putare
quoniā veni soluere legem aut pphetas. Nō ve
ni soluere: sed adimplere. Amē q̄ppe dico vobis:
donec trāseat celū et terra: iota vnū aut apex vn9 nō
pteribit a lege: donec oia fiāt. Qui ergo soluerit
vnū d̄ mādatis istis minimis et docuerit sic hoies:
minim9 vocabit̄ i regno celoz̄. q̄ aūt fecerit et docu
erit: hic magn9 vocabit̄ i regno celoz̄. Dico autē
vobis: qz nisi abūdauerit iusticia vr̄a plus q̄ scri
barū et phariseoz̄: nō intrabitis i regnū celorū.

Audistis quia dictũ est antiquis: non occides: q̇
autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico
vobis: quia omnis q̇ irascitur fratri suo: reus erit
iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo racha: reꝰ erit
concilio. Qui autẽ dixerit fatue: reus erit gehen
ne ignis. Si ergo offers munus tuuz ad altare ⁊
ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet ali-
quid aduersum te: relinque ibi munꝰ tuũ ante al-
5 tare: ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo ⁊ tunc ve-
niens offeres munus tuũ. Esto consentiẽs aduer
sario tuo cito dũ es cum eo in via: ne tradat te ad-
6 uersarius iudici: ⁊ iudex tradat te ministerio ⁊ in
carcerẽ mittaris. Amen dico tibi: non exies inde
donec reddas nouissimũ quadrãtem. Audistis
quia dictũ est antiquis nõ mechaberis. Ego di-
7 co vobis: quia omnis q̇ viderit mulierẽ ad concu
piscenduz eam: iã mechatus est eam in corde suo.
Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue
eum ⁊ proijce abs te. Expedit enĩ tibi vt pereat
8 vnũ membrorũ tuorũ: ꝙ totum corpus tuũ mit-
tatur in gehẽnam ignis. Et si dextera manꝰ tua
scandalizat te: abscide eam ⁊ proijce abs te. Expe
dit enĩ tibi vt pereat vnum mẽbrorũ tuoruz: ꝙ to
tum corpus tuũ eat in gehẽnam. Dictũ est autez:
quicũqꝫ dimiserit vxorem suã: det ei libellũ repu
9 dij. Ego aũt dico vobis: quia omnis q̇ dimiserit

vrorem suā: excepta fornicationis causa: facit eaꝫ
mechari: ⁊ qui dimissam dixerit: adulterat. Ite-
rum audistis quia dictū est antiquis: nō periura
bis: reddes autē dño iuramenta tua. Ego autem
dico vobis: nō iurare omnino: neqꝫ per celum q:
thronus dei est: neqꝫ per terrā: quia scabelluꝫ est
pedū eius. Neqꝫ ꝑ hierosolymā: quia ciuitas est
magni regis. Neqꝫ ꝑ caput tuuꝫ iuraueris: quia
nō potes vnū capillū albū facere aut nigrū. Sit
autem sermo vester: est est: non non: qđ autem his
abundātius est a malo est. Audistis quia dictuꝫ
est: oculū pro oculo: dentē pro dente. Ego autem
dico vobis nō resistere malo: sed si quis te percus-
serit in dexterā maxillā tuam: prebe illi ⁊ alteraꝫ:
⁊ ei qui vult tecum in iudicio cōtendere: ⁊ tunicā
tuam tollere: dimitte ei ⁊ palliū: ⁊ quicūqꝫ te an-
gariauerit mille passus: vade cuꝫ illo ⁊ alia duo:
Qui autem petit ad te: da ei: ⁊ volenti mutuare
a te: ne auertaris. Audistis quia dictum est: dili-
ges proximū tuū: ⁊ odio habebis inimicū tuum.
Ego autē dico vobis: diligite inimicos vestros: 10
benefacite his qui oderūt vos: ⁊ orate pro perse-
quentibus ⁊ calūniantibus vos: vt sitis filij pr̄is
vestri qui in celis est: qui solē suum oriri facit sup
bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Si
enī diligitis eos qui vos diligūt quā mercedem

habebitis? Nōne ⁊ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantū: quid amplius facitis? Nōne ⁊ ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos pfecti sicut ⁊ pr̄ vr̄ celestis pfectus ē. Cap. vj.

Attendite ne iusticiam vr̄am faciatis coram hominibus vt videamini ab eis alioqui mercedem nō habebitis apud pr̄em vr̄m qui in celis est. Cū ergo facis elemosynā: noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciūt in synagogis ⁊ i vicis vt honorificent̄ ab hoibus. Amē dico vobis receperunt mercedē suam. Te aūt faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito: ⁊ pater tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Et cū oratis nō eritis sicut hypocrite qui amāt in synagogis ⁊ in angulis plateaꝵ stantes orare: vt videantur ab hominibus. Amē dico vobis: receperunt mercedem suā. Tu aūt cū oraueris: intra in cubiculū tuum: ⁊ clauso ostio: ora patrē tuū in abscondito: ⁊ pater tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Orātes aūt noli e multū loqui: sicut ethnici faciūt. Putāt enī q̄ in multiloquio suo exaudiātur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enī pater vester quid opus sit vobis: anteq̄ȝ petatis eum. Sic ergo vos orabitis. Pater nr̄ qui es in celis: sanctificetur nomē tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat voluntas tua: si-

cūt in celo ⁊ in t͞rra. Panē nr̄m ſupſubſtātialē
da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̄a: ſi-
cut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is. Et ne nos
inducas in tēptationē: ſed libera nos a malo. amē.
Si enim dimiſeritis hoīb⁹ peccata eoꝝ: dimit
tet ⁊ vobis pater veſter celeſtis delicta veſtra. Si 12
aūt nō dimiſeritis hoībus nec pr̄ veſter dimittet
vobis peccata veſtra. Cū aūt ieiunatis nolite fie-
ri ſicut hypocrite triſtes. Exterminant enī facies
ſuas: vt pareant hoīb⁹ ieiunātes. Amē dico vo
bis: q꜠ receperūt mercedē ſuā. Tu autē cum ieiu
nas: vnge caput tuū: ⁊ faciē tuā laua: ne videaris
hominibus ieiunās: ſed pr̄i tuo qui eſt in abſcon-
ſo: ⁊ pr̄ tuus q̄ videt i abſcōſo reddet tibi. Nolite 13
theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo
⁊ tinea demolit̄: ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furantur.
Theſaurizate aūt vobis theſauros i celo: vbi nec
erugo nec tīea d̄molit̄: ⁊ vbi fures nō effodiūt nec
furant̄. Vbi ē theſaur⁹ tu⁹: ibi ē cor tuū. Lucer
na corpis tui ē ocul⁹ tu⁹. Si ocul⁹ tu⁹ fuerit ſim
plex: totū corp⁹ tuū lucidū erit. Si aūt ocul⁹ tu⁹
fuerit neq꜠: totū corp⁹ tuū tenebroſū erit. Si ḡ lu
mē q̄d i te ē: tenebre ſūt: ip̄e tenebre q̄nte erūt: Ne
mo pōt duob⁹ dn̄is ſeruire: aut enī vnū odio hēbit
⁊ alteꝝ diliget: aut vnū ſubſtiebit ⁊ alteꝝ cōtēnet.
Non poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone. Ideo dico

vobis. ne solliciti sitis anime vestre quid mandu-
cetis: neqꝫ corpori vestro quid induamini. Non
ne anima plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimē
tum? Respicite volatilia celi q̄ non serunt neqꝫ
metūt: neqꝫ cōgregāt in horrea: ⁊ pater vester ce
lestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis il
lis? Quis aūt vestrum cogitans potest adijcere
ad staturā suā cubitū vnū. Et de vestimētis quid
solliciti estis. Cōsiderate lilia agri quomodo cres
cunt. Nō laborant neqꝫ nent. Dico autē vobis:
quoniā nec Salomon in omni gloria sua coope-
ratus est sicut vnū ex istis. Si enī fenū agri quod
hodie est ⁊ cras in clibanū mittit᷑ deus sic vestit:
quāto magis vos modice fidei. Nolite ergo solli
citi esse dicētes: quid māducabimus: aut quid bi
bemus: aut quo operiemur? Hec enī oīa gentes
inquirunt. Scit enī pat᷑ vester qꝛ his oībus indi
getis. Querite ergo primū regnū dei ⁊ iusticiaꝫ
eius: ⁊ hec oīa adijcient᷑ vobis. Nolite ergo sol-
liciti esse in crastinū. Crastinus enīꝫ dies sollicitꝰ
erit sibiipsi. Sufficit diei malicia sua. Cap. vij.

Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini: nolite
condēnare ⁊ non condēnabimini. In quo
enī iudicio iudicaueritis: iudicabimini: ⁊ in qua
mensura mēsi fueritis: remeti᷑tur vobis. Quid
aūt vides festucā in oculo fratris tui: ⁊ trabem in

oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri
tuo: frater sine eiciã festucã de oculo tuo: ⁊ ecce tra
bes in oculo tuo? Hypocrita eijce primũ trabem
de oculo tuo: ⁊ tũc videbis eijcere festucã de oculo 16
fratris tui. Nolite sanctũ dare canib⁹: neq3 mitta-
tis margaritas vr̃as ante porcos: neq3 forte cõcul
cent eas pedib⁹ suis: ⁊ canes cõuersi dirũpãt vos.
Petite ⁊ dabit᷑ vobis: q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate
⁊ aperietur vobis. Omnis eni q̄ petit accipit: ⁊ q̄
querit iuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Aut quis ē ex
vobis homo quē si petierit fili⁹ suus panē: nũq̇d
lapidē porriget ei? Aut si piscem petierit: nũquid
serpentē porriget ei? Si ergo vos cũ sitis mali: no
stis bona data dare filijs vr̃is quãto magis pater
vester q̄ in celis ē dabit bona petētibus se? Om̃ia 17
ergo q̄cunq3 vultis vt faciãt vobis hoies ⁊ vos fa
cite illis. Hec est eni lex ⁊ pphete. Intrate per an
gustã portã: q2 lata porta ⁊ spaciosa via est q̄ ducit
ad pditionē: ⁊ multi sunt qui intrãt per eã. Quã
angusta porta ⁊ arta via est q̄ ducit ad vitã: ⁊ pau-
ci sunt qui inueniũt eã. Attendite a falsis prophe-
tis: qui veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinse-
cus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ co-
gnoscetis eos. Nunquid colligũt de spinis vuas:
aut de tribulis ficus? Sic om̃is arbor bona: bo-
nus fruct⁹ facit: mala autē arbor: malos fructus fa
cit. Nõ põt autē arbor mala bonos fruct⁹ facere:

neqꝫ arboꝛ bona malos fructus facere. Omnis ar
boꝛ q̄ non facit fructũ bonũ excidetur: ⁊ in ignem
mittet̄. Ideo ex fructib' eoꝛum cognoscetis eos.
Nō oĩs qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnuꝫ
celoꝝ: sed q̇ facit volũtatē pr̄is mei q̇ in celis ē: ipse
intrabit in regnũ celoꝛũ. Multi dicent mihi in il
la die: dñe dñe: nōne in nomine tuo ꝓphetauim': ⁊
in nomie tuo demonia eiecim': ⁊ in noie tuo virtu-
tes multas fecim'? ⁊ tũc cõfiteboꝛ illis: qꝛ nũq̄ no
ui vos. Discedite a me oēs q̇ opamini iniq̇tatem.
Omis ergo q̇ audiuit verba mea hec ⁊ facit ea: assi
milabit̄ viro sapiēti q̇ edificauit domuꝫ suā sup̄ra
petrā: ⁊ descēdit pluuia ⁊ venerũt flumina ⁊ flaue
rũt vēti ⁊ irruerũt in domũ illā ⁊ nō cecidit. Fũda-
ta eni erat sup petrā. Et oĩs q̇ audit verba mea hec
⁊ non facit ea: similis erit viro stulto q̇ edificauit
domũ suā sup arenā: ⁊ descēdit pluuia ⁊ venerunt
flumia: ⁊ flauerũt vēti ⁊ irruerũt in domũ illā: ⁊ ce-
cidit: ⁊ fuit ruina ei' magna. Et factũ est cũ consu-
masset iesus verba hec: admirabant̄ turbe sup do
ctrina ei'. Erat aũt docēs eos sicut potestatem ha
bens: ⁊ non sicut scribe eoꝛũ ⁊ pharisei. Cap. viij.

Cum aũt descēdisset iesus de mōte secute sũt
eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniēs ado
rabat eum dicēs. Dñe si vis potes me mũdare. Et
extendēs iesus manũ: tetigit euꝫ dicēs. Uolo: mũ
dare. Et cõfesti mũdata ē lepra ei'. Et ait illi iesus.

Vide nemini dixeris: sed vade ostēde te sacerdo/
ti ꝛ offer munus tuū qḋ pręcepit moyses i testimo
niū illis. Cū aūt introisset capharnauꝫ: accessit ad
eū centurio rogās eū ꝛ dicēs. dn̄e puer meꝰ iacet in
domo paralyticꝰ: ꝛ male torquet̄. Et ait illi iesus.
Ego veniā ꝛ curabo eū. Et respōdens cēturio ait.
Dn̄e nō sum dignus vt itres sub tectū meū: sed tm̄
dic verbo ꝛ sanabitur puer meꝰ. Nā ꝛ ego hō sum
sub potestate cōstitutꝰ habēs sub me milites: ꝛ di/
co huic vade ꝛ vadit: ꝛ alio veni ꝛ venit: ꝛ seruo
meo fac hoc ꝛ facit. Audiēs aūt iesus miratꝰ est: ꝛ
sequentibꝰ se dixit. Amen dico vobis: non inueni
tantā fidē in israel. Dico aūt vobis ꝙ multi ab ori
ente ꝛ occidēte veniēt ꝛ recūbent cū abraā ꝛ isaac ꝛ
iacob in regno celoꝝ filij aūt regni eijcient̄ in tene
bras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentiuꝫ.
Dixit iesus centurioni: vade: ꝛ sicut credidisti fiat
tibi. Et sanatꝰ est puer ex illa hora. Et cuꝫ venisset
iesus in domū petri vidit socrū eius iacentē ꝛ febri
citantē: ꝛ tetigit manū eiꝰ ꝛ dimisit eū febris ꝛ sur/
rexit ꝛ ministrabat eis. Vespere aūt facto: obtule
rūt ei mltos demōia habētes: ꝛ eijciebat spūs v̄bo
ꝛ oēs male habētes curauit: vt adipleret̄ qḋ dictū
est p esaiā ,pphetā dicētē. Ipse infirmitates nr̄as ac
cepit: ꝛ egrotatiōes nr̄as portauit. Vidēs aūt ie/
sus turbas mltas circū se iussit discipulos ire trās
fretū. Et accedēs vnꝰ scriba ait illi. Magr̄ seq̄r te

quocūqz ieris. Et dicit ei iesus. Vulpes foueas
habēt: ꝛ volucres celi nidos: filius autē hominis
nō habet vbi caput suū reclinet: alius aūt de disci-
pulis eiꝰ: ait illi. Dn̄e pmitte me primū ire ꝛ sepe-
lire p̄rem meū. Jesus aūt ait illi. Sequere me ꝛ di-
mitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendē-
te eo in nauiculā: secuti sunt eū discipuli eiꝰ: ꝛ ecce
motus magnꝰ factꝰ est in mari: ita vt nauicula ope-
rireť fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesse-
runt ad eū discipuli eiꝰ: ꝛ suscitauerūt euꝫ dicētes.
Dn̄e salua nos perimꝰ. Et dicit eis iesus. Quid
timidi estis modice fidei? Tūc surgēs impauit vē-
tis ꝛ mari: ꝛ facta est tranquilitas magna. Porro
hoīes mirati sunt dicētes. Qualis est hic: qꝛ vēti
ꝛ mar obediūt ei? Et cū venisset iesus trās fretū
in regionē gerasenorū: occurrerūt ei duo habētes
demonia de monumētis exeūtes seui nimis: ita vt
nemo posset trāsire per viā illam. Et ecce clamaue-
rūt dicentes. Quid nobis ꝛ tibi iesu fili dei? Ve-
nisti huc ante tēpus torquere nos. Erat autē nō lō-
ge ab illis grex multoꝝ porcoꝝ pascens. Demo-
nes autē rogabāt eum dicētes. Si eiicis nos hinc
mitte nos in gregem porcorū. Et ait illis. Ite. At
illi exeuntes abierūt in porcos. Et ecce magno īm-
petu abijt totꝰ grex per p̄ceps ī mare: ꝛ mortui sūt
in aquis. Pastores autē fugerunt ꝛ venientes in
ciuitatem: nūciauerūt hec omnia: ꝛ de his qui de-

monia habuerāt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiā
iesu: ⁊ viso eo rogabant eum: vt transiret a finibus
eorum.
Caput. ix.

Ascendēs iesus in naniculā transfretauit: ⁊
venit in ciuitatē suā. Et ecce offerebant ei pa
ralyticū iacentem in lecto. Uidēs autē iesus fidem
illorū: dixit paralytico. Cōfide fili. Remittuntur
tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis dixerunt
intra se. Hic blasphemat. Et cū vidisset iesus cogi
tationes eorū dixit. Ut quid cogitatis mala ī cor
dibus vr̄is? Quid est facilius dicere: dimittunt̄
tibi peccata tua: an dicere. surge ⁊ ābula? Ut autē
sciatis q̄ filius hominis habet potestatē in terra
dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tol
le lectum tuū ⁊ vade in domū tuā: ⁊ surrexit: ⁊ abi
jt in domū suam. Uidētes autē turbe timuerunt
⁊ glorificauerunt deū qui dedit potestatē talem ho
minibus. Et cū transiret inde iesus: vidit hominē
sedentē in theloneo mattheū nomīe. Et ait illi. Se
quere me. Et surgens secutus est eum. Et factū
est discūbente eo in domo: ecce multi publicani et
peccatores venientes discūbebant cū iesu ⁊ disci
pulis eius. Et vidētes pharisei dicebant discipu
lis eius. Quare cū publicanis ⁊ peccatorib⁹ mā
ducat magister vester? At iesus audiēs ait. Non
est opus valentibus medico: sed male habentib⁹.
Euntes autem discite quid est: misericordiā volo

z nō sacrificiū. Nō eni veni vocare iustos: sȝ pecca
tores. Tūc accesserūt ad eū discipuli ioannis: dicē
tes. Quare nos z pharisei ieiunamus frequēter:
discipuli aūt tui nō ieiunāt? Et ait illis iesus. Nū
quid possunt filij spōsi lugere q̄diu cū illis est spō
sus? Venient aūt dies cū auferetur ab eis spōsus:
z tunc ieiunabūt. Nemo aūt imittit cōmissurā pā
ni rudis i vestimētū vet⁹. Tollit enī plenitudinem
ei⁹ a vestimēto: z peior scissura fit. Neqȝ mittūt vi
nū nouū in vtres veteres. Alioqui rūpunt vtres
z vinū effundit: z vtres pereunt. Sed vinū nouū
in vtres nouos mittūt: z ambo cōseruātur. Hec il
lo loquēte ad eos: ecce princeps vn⁹ accessit z ado
rabat eū dicēs. Dn̄e filia mea modo defuncta est:
sed veni ipone manū tuā sup eā: z viuet. Et surgē s
iesus seq̄batur eū z discipuli eius. Et ecce mulier
q̄ sanguis fluxū patiebatur duodeci ānis accessit
retro: z tetigit fimbriā vestimēti ei⁹. Dicebat eniȝ
intra se. Si tetigero tm̄ vestimentū eius: salua ero.
At iesus cōuersus z vidēs eaȝ dixit. Cōfide filia.
Fides tua te saluaȝ fecit. Et salua facta est mulier
ex illa hora. Et cū venisset iesus in domū p̄cipis:
z vidisset tibicines z turbā tumultuātem dicebat.
Recedite: nō est enim mortua puella: sed dormit.
Et deridebāt eum. Et cū eiecta esset turba itrauit
z tenuit manū eius z dixit. Puella surge. Et sur-
rexit puella: z exijt fama heci vniuersam trā. Et

trāseūte īde iesu: secuti sunt eū duo ceci clamātes & dicētes. Miserere nr̄i fili dd̄. Cū aūt venisset do-mū: accesserūt ad eū ceci: & dicit eis iesus. Credi-tis q: hoc possum facere vobis? Dicunt ei. Utiqz dn̄e. Tūc tetigit oculos eoꝝ dicēs. Scd̄m fidē ve-strā fiat vobis. Et apti sunt oculi eoꝝ. Et cōmina-tus ē illis iesus: dicēs. Uidete ne q̇s sciat. Illi aūt exeūtes diffamauerūt eū in tota tr̄ra illa. Egressis aūt illis: ecce obtulerūt ei hoīez mutū demoniū ha-bentē: & eiecto demonio: locutus ē mut⁹ et mirate sunt turbe dicētes. Nūquā apparuit sic in israel: Pharisei aūt dicebāt. In p̄cipe demonioꝝ eij-cit demones. Et circūibat iesus oēs ciuitates & ca-stella docēs in synagogis eoꝝ & p̄dicās euāgeliū regni & curās oēz lāguorē & oēz infirmitatez. Ui-dēs aūt turbas misertus ē eis: q: erāt vexati & iacē-tes sicut oues nō hn̄tes pastorē. Tūc dixit discipu-lis suis. Messis q̇dē multa opariȷ aūt pauci. Ro-gate ergo dominuz messis vt mittat operarios in messem suam.

Caput. x.

ET cōuocatis duodecī discipulis suis dedit il-lis potestatē spirituū īmūdoꝝ vt eijcerēt eos & curarēt oēz lāguorē & oēz īfirmitatē. Duodecim aūt discipuloꝝ nomīa sūt hec. Prim⁹ simō q̇ dr̄ pe-tr⁹: & ādreas frat̄ ei⁹. philipp⁹ & bartholome⁹ iaco-b⁹ zebedei. & ioānes frat̄ ei⁹. thomas & mattheus. publican⁹. & iacob⁹ alphei. & thade⁹. simō chana-

neus:ꝛ iudas scariothis:qui ꝛ tradidit eū. Hos
duodecim misit iesus:precipiens eis ꝛ dicens. In
viam gentiū ne abieritis:ꝛ in ciuitates samarita/
noꝝ ne intraueritis:sed potius ite ad oues q̄ perie/
runt domꝰ israel. Euntes aūt predicate dicētes:qꝛ
appropinquabit regnū celorum:infirmos curate:
mortuos suscitate:leprosos mundate:demones eij
cite:gratis accepistis:gratis date. Nolite posside
re aurū:neqꝫ argentū:neqꝫ pecuniā in zonis v̄ris.
Nō perā in via:neqꝫ duas tunicas:neqꝫ calciamē
ta:neqꝫ virgā. Dignꝰ est enī operarius cibo suo. In
quācūqꝫ aūt ciuitatē aut castellū intraueritis:inter/
rogate quis in ea dignꝰ sit:ꝛ ibi manete donec exea/
tis. Intrātes aūt in domū:salutate eā dicētes. Pax
huic domui. Et siquidē fuerit domus illa digna
veniet pax vestra sup eā:si aūt nō fuerit digna:pax
vestra reuertet̄ ad vos. Et q̄cūqꝫ non recepit vos:
neqꝫ audierit sermones vestros:exeuntes foras d̄
domo vel ciuitate:excutite puluerē de pedibus ve
stris. Amē dico vobis:tollerabilius erit terre so/
domoꝝ ꝛ gomorreoꝝ in die iudicij q̄ illi ciuitati.
Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporuꝫ.
Estote ergo prudētes sicut serpētes:ꝛ simplices si/
cut colūbe. Cauete autē ab hominibus. Tradent
enī vos in cōcilijs:ꝛ in synagogis suis. Flagella/
būt vos:ꝛ ad presides ꝛ ad reges ducemini ꝑpter
me:in testimoniū illis ꝛ gētibus. Cū autē tradent

vos:nolite cogitare quomodo aut quid loquami-
ni. Dabit̄ eni vobis in illa hora q̄d loq̄mini. Nō
enim vos estis qui loq̄mini: sed sp̄us p̄ris vestri q̄
loquit̄ in vobis. Tradet aūt frater fratrē in morte
et pater filiū: et insurgēt filii in parētes et morte eos
afficiēt: et eritis odio omnib⁹ hoībus ꝓpter nomē
meū. Qui aūt ꝑseuerauerit vsq₃ in finē hic saluus
erit. Cū aūt ꝑsequent̄ vos in ciuitate ista: fugite in
aliā. Amē dico vobis: nō cōsummabitis ciuitates
israel: donec veniat fili⁹ hoīs. Nō est discipul⁹ su
per magistrū: nec seruus sup dn̄m suum. Sufficit
discipulo vt sit sicut magister ei⁹: et seruo sicut dn̄s
ei⁹. Si p̄rem familias beelzebub vocauerūt q̄to-
magis domesticos ei⁹? Ne ergo timueritis eos.
Nihil eni est opertū q̄d non reuelet̄: et occultū q̄d
non sciat̄. Quod dico vobis in tenebris dicite in
lumine: et q̄d in aure auditis predicate sup tecta.
Et nolite timere eos qui occidūt corpus: aīam aūt
nō possunt occidere: sed poti⁹ timete eum q̄ potest
et aīam et corpus perdere in gehēnam. Nōne duo
passeres asse veneūt? Et vnus ex illis nō cadet sup
terrā sine patre vr̄o: vestri autem et capilli capitis
oēs numerati sūt. Nolite ergo timere: multis pas-
seribus meliores estis vos. Omis ergo qui confi-
tebitur me corā hominib⁹ cōfitebor et ego eū corā
patre meo qui in celis est. Qui aūt negauerit me
corā hoībus: negabo et ego eū coram patre meo q̄

in celis est. Nolite arbitrari: q2 venerī pacē mitte-re in terrā. Nō veni pacē mittere: sed gladiū. Ue-ni enī separe hoīeꝫ aduersus p̄reꝫ suū: ⁊ filiā aduer-sus matrē suā: ⁊ nurū aduersus socrū suā: ⁊ inimici hoīs domestici eius. Qui amat p̄rem aut matreꝫ plus q̄ me: nō est me dign⁹. Et q̄ amat filiū aut fi-liā sup me nō est me dignus. Et q̄ nō accipit cruceꝫ suā ⁊ sequit̄ me: nō est me dignus. Qui iuenit ani-mā suā pdet illā: ⁊ q̄ perdiderit aīam suā ꝓpter me iueniet eam. Qui recipit vos me recipit: ⁊ q̄ me re-cipit: recipit eū qui me misit. Qui recipit ꝓphetā in noīe ꝓphete: mercedē ꝓphete accipiet. Et q̄ re-cipit iustū in noīe iusti: mercedeꝫ iusti accipiet. Et quicūqꝫ potū dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tm̄ in noīe discipuli: amē dico vobis: non perdet mercedem suam. Capitl'm .xi.

Et factū est cū cōsummasset iesus p̄cipiēs duodecī discipulis suis: trāsijt inde vt doce-ret ⁊ predicaret in ciuitatibus eoꝝ. Joānes auteꝫ cū audisset in vinculis opa xp̄i: mittēs duos de disci-pulis suis: ait illi. Tu es qui vēturus es: an aliū ex-pectamus? Et respōdes iesus ait illis. Euntes re-nunciate ioāni q̄ audistis ⁊ vidistis. Ceci vident: claudi ambulāt: leprosi mundātur: surdi audiunt: mortui resurgūt: paupes euāgelizātur: ⁊ beatus ē q̄ non fuerit scādalizatus in me. Illis aūt abeunti-bus: cepit iesus dicere ad turbas de ioāne. Quid

existis in desertū videre? Harūdinem vento agitatā? Sed quid existis videre? Hoīem mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiunt in domib⁹ regū sunt. Sed q̄d existis videre? Prophetā. Etiā dico vobis ⁊ plusq̄ ꝓphetā. Hic est enī d̄ quo scriptū est. Ecce ego mitto angeluȝ meū ante faciē tuā qui ꝑparabit viā tuā ante te. Amē dico vobis: nō surrexit inter natos mulierū maioꝛ ioāne baptista. Qui autē minoꝛ est in regno celoꝝ: maioꝛ est illo. A diebus autē ioānis baptiste vsqȝ nunc regnuȝ celoꝝ vi patitur: ⁊ violēti rapiūt illud. Oēs enī ꝓphete ⁊ lex vsqȝ ad ioāneȝ ꝓphetauerūt: ⁊ si vultis recipere ipse est helias q̄ venturus ē. Qui hēt aures audiēdi audiat. Cui autem similē estimabo generationem istam. Similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes coequalib⁹ dicunt. Cecinimus vobis ⁊ nō saltastis: lamētauimus ⁊ non planxistis. Venit enim ioānes neqȝ manducans neqȝ bibens: ⁊ dicūt demonium habet. Venit filius hominis manducans ⁊ bibēs: ⁊ dicunt: ecce homo voꝛax ⁊ potatoꝛ vini publicanoꝝ ⁊ peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filijs suis. Tunc cepit exprobꝛare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius: quia non egissent penitentiam. Ve tibi coꝛozaim: ve tibi bethsaida quia si in tyꝛo ⁊ sidone facte essent virtutes que facte sunt in vobis: olim in cilicio ⁊ cinere peniten-

tiā egissent. Ueruntamē dico vobis: tyro ꝛ sidoni remissius erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu caphar naum: nūquid vsq; in celū exaltaberis? Usq; in infernū descendes. Quia si in sodomis facte fuis/ sent virtutes q̄ facte sunt in te: forte mā sissent vsq; in hāc diē. Ueruntamē dico vobis q: terre sodo/ moꝝ remissius erit in die iudicij q̄ tibi. In illo tē/ pore rn̄dens iesus dixit. Cōfiteor tibi pater domi/ ne celi ꝛ terre: q: abscōdisti hec a sapiētibus ꝛ pru dentib⁹: ꝛ reuelasti ea paruulis: Ita pater qm̄ sic fuit placitū ante te. Omnia mihi tradita sunt a pa tre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filius: ꝛ qui voluerit fili⁹ reuelare. Uenite ad me om̄es qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos. Tollite iugū meum sup̄ vos: ꝛ discite a me q: mitis sum ꝛ humilis corde: ꝛ inue/ nietis requiem animabus vestris. Iugū eni meū suaue est: ꝛ onus meū leue.

Caput. xij.

IN illo tempore abijt iesus per sata sabbato: discipuli aūt eius esuriētes ceperunt vellere spicas ꝛ mādučare. Pharisei aūt videntes dixe/ rūt ei. Ecce discipuli tui faciūt quod nō licet eis fa cere sabbatis. At illi dixit eis. Nō legistis q̇d fece rit dauid qn̄ esurijt ꝛ qui cū eo erant: quomodo in trauit in domū dei ꝛ panes ꝓpositionis comedit: quos nō licebat ei edere: neq; his qui cū eo erant: nisi solis sacerdotib⁹? Aut nō legistis i lege quia

sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatũ violant ⁊ si-
ne crimine sunt? Dico aũt vobis quia templo ma
ior est hic. Si autẽ sciretis quid est misericordiam
volo ⁊ nõ sacrificiũ: nũquã cõdẽnassetis innocen-
tes. Dñs enĩ est filius hois ⁊ sabbati. Et cuȝ inde
transisset: venit in synagogã eoꝝ. Et ecce homo ma
num habẽs aridã ⁊ interrogabãt eũ dicẽtes. Si li
cet sabbatis curare: vt accusarẽt eum. Ipse autem
dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat
ouem vnam: ⁊ si ceciderit hec sabbatis in foueam:
⁊ nonne tenebit ⁊ leuabit eam? Quanto magis
melior est homo oue? Ita licet sabbatis bene fa-
cere. Tunc ait homini. Extende manũ tuam: ⁊ ex-
tendit ⁊ restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes
autẽ pharisei consiliũ faciebãt aduersus eum quo-
modo pderẽt eum. Jesus aũt sciẽs recessit inde: ⁊
secuti sunt eũ multi: ⁊ curauit eos oẽs. Et precepit
eis: ne manifestũ eũ facerẽt: vt adimpleretur qđ di
ctũ est p Esaiam pphetã dicentes. Ecce puer meꝰ
quẽ elegit: dilecꝰ meus in quo bene cõplacuit ani
me mee. Ponã spiritũ meũ super eũ: ⁊ iudiciũ gẽ-
tibus nũciabit. Nõ contẽdet neqȝ clamabit: neqȝ
audiet aliquis in plateis vocẽ eius. Harũdinem
quassatã nõ cõfriget ⁊ lignũ fumigãs nõ extiguet:
donec eiiciat ad victoriã iudiciũ: ⁊ in nomine eius
gentes sperabũt. Tũc oblatus est ei demoniuȝ ha
bens cecus ⁊ mutꝰ ⁊ curauit eum ita vt loqueret

ꝛ videret: ꝛ stupebāt oēs turbe ꝛ dicebāt. Nūqd hic est fili⁹ dauid? Pharisei autē audientes dixe runt. Hic nō eijcit demones nisi in beelzebub pri cipe demonioꝝ. Jesus aūt sciēs cogitationes eoꝝ dixit eis. Omē regnū diuisū3 cōtra se dsolabitur ꝛ omīs ciuitas vel dom⁹ diuisa cōtra se non stabit. Et si sathanas sathanā3 eijcit: aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnū ei⁹? Et si ego i be elzebub eijcio demones: filij vr̄i in quo eijciunt? Ideo ipī iudices vr̄i erūt. Si aūt ego i spū dei eij cio demones: igiꝛ puenit in vos regnum dei. Aut quomō pōt quisq̄ intrare in domum fortis: ꝛ vasa ei⁹ diripe: nisi pri⁹ alligauerit fortē? Et tūc domū illi⁹ diripiet. Qui nō est mecū cōtra me est: ꝛ q̄ nō cōgregat mecū spgit. Ideo dico vobis: omē pecca tū ꝛ blasphemia remitteꝛ hoībus: spūs autē blas phemie nō remitteꝛ. Et quicūq3 dixerit verbū cō tra filiū hoīs remittetur ei q̄ aūt dixerit cōtra spū3 sanctū: nō remittetur ei: neq3 in hoc sclo: neq3 in fu turo. Aut facite arborē bonā ꝛ fructū ei⁹ bonum: aut facite arborē malā: ꝛ fructū ei⁹ malu3. Siqui dē ex fructu arbor agnosciꝛ. Progenies viparū: quomō potestis bona loq̄ cū sitis mali? Ex abūdā tia.n.cordis os loquiꝛ. Bon⁹ hō d bono thesauro pfert bona: ꝛ malus hō de malo thesauro profert mala. Dico aūt vobis: quoniā omē verbū ociosu3 quod locuti fuerit hoies reddent rationē de eo in

die iudicij. Et verbis enim tuis iustificaberis et ex verbis tuis condēnaberis. Tunc respōderūt ei q̄dā de scribis et phariseis dicentes. Magister: volumus a te signū videre. Qui rñdens ait illis. Generatio mala et adultera signū querit et signum nō dabit ei nisi signū ione pphete. Sicut eni fuit ionas in vētre ceti tribus dieb⁹ et tribus noctibus: sic erit filius hoīs in corde tr̄re tribus dieb⁹ et tribus noctib⁹. Uiri niniuite surgēt in iudicio cum generatione ista et cōdēnabunt eam: q2 penitētiam egerūt in p̄dicatiōe ione. Et ecce plus q̄ iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condēnabit eā: q2 venit a finibus tr̄re audire sapientiā salomonis. Ecce plus q̄ salomō hic. Cū aūt imundus spūs exierit ab hoīe: ambulat p loca arida querēs requiē et nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantē: scopis mūdatā et ornatā. Tūc vadit et assumit septem alios spiritus secū nequiores se: et intrātes habitabant ibi: et fiunt nouissima hominis illi⁹ peiora priorib⁹. Sic et erit geñrationi huic pessime. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mat̄ ei⁹ et frēs stabāt foris: q̄rētes loq̄ ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mat̄ tua et fratres tui foris stāt querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait: Que est mater mea: et qui sunt fratres mei: Et extendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mat̄

mea ⁊ fratres mei. Quicūqꝫ enīꝫ fecerit volunta/
tem patris mei qui in celis est:ipse meus frater so/
ror ⁊ mater est. Caput.xiij.

In illo die exiens iesus de domo sedebat se/
cus mare. Et congregate sunt ad eum turbe
multe:ita vt in nauiculā ascendēs sederet: ⁊ oīs
turba stabat in litore: ⁊ locut⁹ est eis multa ī para/
bolis dicēs. Ecce exijt qui seminat seminare. Et
dū seminat:qdam ceciderūt secus viā: ⁊ venerunt
volucres ⁊ comederūt ea. Alia aūt ē ceciderunt in
petrosa vbi nō habebāt terrā multam: ⁊ continu o
exorte sunt:qꝛ nō habebant altitudinē terre. Sole
autē orto estuauerunt: ⁊ quia nō habebāt radicem
aruerūt. Alia autē ceciderūt in spinas ⁊ creuerūt
spine ⁊ suffocauerūt ea. Alia autē ceciderūt in ter
ram bonā: ⁊ dabāt fructū:aliud cētesimū: aliud se/
xagesimū:aliud tricesimū. Qui habet aures au/
diendi audiat. Et accedētes discipuli dixerunt ei.
Quare in parabolis loqueris eis? Qui respon/
dens ait illis. Quia vobis datū est nosse mysteria
regni celorū:illis autē non est datū. Qui enim ha
bet dabitur ei ⁊ abūdabit:qui aūt non habet ⁊ qđ
habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor
eis:quia vidētes nō vidēt: ⁊ audientes nō audiūt
neqꝫ intelligūt: ⁊ adimpletur in eis ꝓphetia Esaie
dicētis. Auditu audietis ⁊ nō intelligetis: ⁊ vidē
tes videbitis ⁊ nō videbitis. Incrassatum est enī

coꝛ populi huius ⁊ auribus grauiter audierūt: ⁊ oculos suos clauserunt nequādo videant oculis ⁊ auribus audiāt ⁊ coꝛde intelligant: ⁊ conuertant, ⁊ sanē eos. Uestri antē beati oculi q: vidēt ⁊ aures vestre q: audiunt. Amen q̄ppe dico vobis: q: multi pphete ⁊ iusti cupierunt videre q̄ videtis ⁊ nō viderunt: ⁊ audire q̄ auditis: ⁊ non audierunt. Uos ergo audite parabolā seminātis. Omnis q̄ audit verbū regni ⁊ nō intelligit venit malus ⁊ rapit qd̄ seminatū est in coꝛde ei⁹: hic est q̄ secus viaꝫ seminatus ē. Qui aūt sup petrosa seminatus ē: hic est qui verbū audit ⁊ cōtinuo cū gaudio accipit illud. Nō habet aūt in se radiceꝫ sed est tpalis. Facta aūt tribulatione ⁊ psecutione ,pter verbū cōtinuo scandalizat̄. Qui aūt seminat⁹ est in spinis: hic est q̄ verbū dei audit ⁊ sollicitudo seculi isti⁹ et fallatia diuitiarū suffocat verbū: ⁊ sine fructu efficitur. Qui vero in terrā bonā seminatus est: hic ē q̄ audit verbū ⁊ intelligit ⁊ fructū affert: ⁊ facit aliud quidē centesimū: aliud aūt sexagesimum: aliud vero tricesimū. Aliā parabolā pposuit illis dicēs. Simile factū est regnū celoꝝ hoī qui seminabit bonū semē in agro suo. Cū aūt doꝛmirēt hoīes: venit inimicus eius ⁊ supseminauit zizania in medio tritici: ⁊ abijt. Cū autē creuisset herba ⁊ fructū fecisset: tūc apparuerūt ⁊ zizania. Accedētes aūt serui patris familias: dixerūt ei. Dn̄e: nōne bonū semē

seminasti in agro tuo. Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicꝰ hō hoc fecit. Serui aūt dixerunt ei. Uis imus ⁊ colligimꝰ ea? Et ait. Non. Ne forte colligētes zizania erradicetis simul ⁊ triticū. Sinite vtraqʒ crescere vsqʒ ad messem ⁊ in tēpore messis dicā messoribus. Colligite primū zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū aūt cōgregate in horreū meū. Aliā parabolā ꝓposuit eis dicēs. Simile est regnū celoꝝ grano synapis: qd̄ accipiēs hō seminauit in agro suo: qd̄ minimū quidē est oībus seminibꝰ. Cū autem creuerit maiꝰ est oībus oleribus: ⁊ fit arbor: ita vt volucres celi veniāt ⁊ habitēt in ramis eiꝰ. Aliā parabolā locutꝰ est eis. Simile est regnū celoꝝ fermēto: qd̄ acceptū mulier abscōdit i farine satis tribus: donec fermentatū est totū. Hec oīa locutꝰ est iesus in parabolis ad turbas: ⁊ sine parabolis nō loquebat̄ eis vt impleret̄ qd̄ dictū erat ꝑ ꝓphetā dicentē. Aperiā in parabolis os meū eructabo abscondita a cōstitutione mūdi. Tūc dimissis turbis venit in domū: ⁊ accesserūt ad eum discipuli eiꝰ dicentes. Edissere nobis parabolā zizanioꝝ agri. Qui respōdens ait. Qui seminat bonū semē: est filius hoīs. Ager autē est mundus. Bonum vero semen: hi sunt filij regni: zizania aūt: filij sunt neqꝫ. Inimicus autē q̄ seminauit ea: est diabolꝰ. Messis vero cōsumatio seculi est. Messores aūt ange

li sunt. Sicut ergo colligunt zizania et igni cōbu-
runt: sic erit in cōsummatione seculi. Mittet fili9
hois angelos suos et colligēt de regno ei9 oia scā-
dala: et eos q̄ faciūt iniquitatē et mittent eos in ca-
minū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Tūc
iusti fulgebūt sicut sol in regno prīs eorꝫ. Qui hēt
aures audiendi audiat. Simile est regnū celorum
thesauro abscōdito in agro: quē qui iuenit hō ab-
scōdit: et pre gaudio illi9 vadit et vendit vniuersa q̄
habet: et emit agrū illū. Iterū sile est regnū celorꝫ
hoī negotiatori: q̄renti bonas margaritas. Inuē-
ta autē vna p̄ciosa margarita: abijt et vēdidit oia q̄
habuit: et emit eā. Iterū sile est regnū celorꝫ sagene
misse ī mare: et ex oī genere pisciū cōgregāti. Quā
cū ipleta esset: educētes et secus lit9 sedētes elege-
rūt bonos in vasa: malos aūt foras miserunt. Sic
erit ī cōsummatione seculi. Exibūt angeli: et sepa-
būt malos d̄ medio iustorꝫ: et mittēt eos in caminū
ignis: ibi erit flet9 et stridor dentium. Intellexistis
hec oia? Dicūt ei. Etiā. Ait illis. Ideo ois scriba
doct9 in regno celorū silis est hoī patrifamilias: q̄
p̄fert de thesauro suo noua et vetera. Et factū est
cū cōsummasset iesus pabolas istas: trāsijt inde. Et
veniēs in p̄riam suā docebat eos ī synagogis eorꝫ:
ita vt mirarenī et dicerēt. Unde huic sapiētia hec
et v̄tutes? Nonne hic est fabri fili9? Nōne mater
ei9 dr̄ maria: et fratres ei9: iacob9 et ioseph et simon

⁊ iudas: ⁊ sorores eius nōne oēs apud nos sūt?
Unde ergo huic oīa ista? Et scandalizabātur i
eo. Jesus aūt dixit eis. Nō est ꝓpheta sine hono-
re nisi in patria sua ⁊ in domo sua. Et non fecit ibi
ꝟtutes multas ꝓpter icredulitatē illoꝝ. Cap. xiiij

In illo tpe audiuit herodes tetrarcha famā
iesu: ⁊ ait pueris suis. Hic est ioānes bapti-
sta: ipse surrexit a mortuis ⁊ ideo virtutes operan
tur in eo. Herodes enī tenuit ioānem ⁊ alligauit
eum ⁊ posuit in carcerē ꝓpter herodiadē vxorem
fratris sui. Dicebat enī illi ioānes. Non licet tibi
hr̄e eam. Et volēs illū occidere timuit populū: qꝛ
sicut ꝓphetā eum habebāt. Die aūt natalis hero-
dis: saltauit filia herodiadis ī medio: ⁊ placuit he-
rodi. Unde cū iuramēto pollicitus est ei dare qd̊
cūqꝫ postulasset ab eo. At illa premonita a matre
sua: da mihi inquit hic in disco caput ioānis bapti
ste. Et cōtristatus ē rex: ꝓpter iuramentū autem ⁊
eos q̇ pariter recūbebāt: iussit dari. Misitqꝫ ⁊ d-
collauit ioānem in carcere. Et allatū est caput eiꝰ i
disco: ⁊ datum est puelle: ⁊ illa attulit matri sue. Et
accedentes discipuli eius tulerunt corpus eiꝰ ⁊ se-
pelierūt illud: ⁊ veniētes nunciauerunt iesu. Qd̊
cū audisset iesus secessit inde in nauiculā: in locum
desertū seorsum. Et cū audissent turbe secute sunt
eum pedestres de ciuitatibꝰ. Et exiēs vidit turbā
multā: ⁊ misertus ē eis ⁊ curauit lāguidos eoꝝ.

Vespe aũt facto accesserũt ad eum discipuli eius dicẽtes. Deserꝰ ẽ locus ⁊ hora iã preteriit: dimitte turbas vt euntes in castella emãt sibi escas. Jesus aũt dixit eis. Non hãbet necesse ire: date illis vos mãducare. Respõderunt ei. Nõ habemꝰ hic nisi quinqꝫ panes ⁊ duos pisces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cũ iussisset turbã discũbere sup fenũ: acceptis quinqꝫ panibus ⁊ duobꝰ piscibus: aspiciẽs in celũ benedixit ⁊ fregit: ⁊ dedit discipulis panes: discipuli aũt turbis. Et manducauerũt oẽs ⁊ saturati sunt. Et tulerũt reliqas: duodecĩ cophinos fragmẽtoꝝ plenos. Mãducãtiũ aũt fuit numerus quinqꝫ milia viroꝝ exceptis mulieribus ⁊ paruulis. Et statĩ cõpulit discipulos ascẽdere in nauiculã: ⁊ precedere eum trãs fretũ donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montẽ solus orare. Vespe aũt facto: solus erat ibi. Nauicula aũt ĩ medio mari iactabaẽ fluctibꝰ. Erat enĩ cõtrariꝰ vẽtus. Quarta autẽ vigilia noctis: venit ad eos ambulãs supra mare. Et videntes eũ supra mare ambulãtẽ: turbati sunt dicentes qꝛ phãtasma est. Et pre timore clamauerũt. Statimqꝫ iesus locutus ẽ eis dicens. Habete fiduciam ego sum: nolite timere. Rñdens aũt petrus dixit. Dñe si tu es: iube me ad te venire sup aqs. At ipse ait. Veni. Et descẽdens petrus de nauicula ambulabat sup aquaꝫ vt veniret ad iesum. Videns

vero vētum validū timuit. Et cū cepisset mergi: cla mauit dicens. Dñe saluū me fac. Et cōtinuo iesus extendēs manū apprehendit eum ꝛ ait illi. Mo dice fidei quare dubitasti? Et cū ascendisset in na uiculā: cessauit vētus. Qui aūt in nauicula erāt ve nerunt ꝛ adorauerunt eum dicentes. Uere filius dei es. Et cum transfretassent venerunt in terram genesar. Et cū cognouissent eum viri loci illi⁹: mi serūt in vniuersam regionē illā: ꝛ obtulerūt ei oēs male habentes: ꝛ rogabāt eum vt vel fimbriaз ve stimenti eius tangerent. Et quicūqз tetigerunt sal ui facti sunt. Caput. xv.

Tunc accesserūt ad euз ab hierosolymis scri be ꝛ pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediunt traditiones senioꝝ? Nō enī lauāt man⁹ suas cum panem mādūcant. Ipse aūt respō dens ait illis. Quare ꝛ vos trāsgredimini māda tum dei: ꝑpter traditionē vrām? Naз deus dixit. Honora prēm ꝛ matrē: ꝛ q̄ maledixerit prī vl̄ ma tri: morte moriat. Uos aūt dicitis: quicūqз dixe rit prī vel matri munus quodcūqз est ex me tibi, ꝑ derit: ꝛ nō honorificabit prēm suū aut matrē suaз: ꝛ irritum fecistis mādatū dei, ꝑpter traditionē ve strā. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis esaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor au tem eorum longe est a me. Sine causa autem co lunt me docentes doctrinas ꝛ mandata hominuз.

Et cõuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite ⁊ in
telligite. Nõ quod intrat in os coinquinat hoīez:
sed qđ procedit ex ore hoc coinquinat hominem.
Tũc accedẽtes discipuli eius dixerũt ei. Scis q̄
pharisei audito verbo hoc scãdalizati sunt? At il-
le respõdẽs ait. Õis plantatio quaz non plãtauit
pater me⁹ celestis erradicabit. Sinite illos: ceci
sunt: ⁊ duces cecoꝝ. Cecus aũt si ceco ducatũ pre-
stet: ambo in foueã cadunt. Respõdẽs autẽ petr⁹:
dixit ei. Edisse nobis parabolaz istã. At ille dixit.
Adhuc ⁊ vos sine itellectu estis? Nõ intelligitis:
quia oĩne quod in os intrat in vẽtrẽ vadit: ⁊ in se-
cessum emittitur? Que autẽ pcedunt de ore: đ cor
de exeunt: ⁊ ea coinquinãt hoiem. De corde enim
exeũt cogitatiões male: homicidia: adulteria forni
catiões: furta: falsa testimõia: et blasphemie. Hec
sunt q̄ coinquinãt hoiem Non lotis autez manib⁹
manducare non coinquinat hominez. Et egressus
inde iesus secessit in partes tyri ⁊ sidonis. Et ec-
ce mulier chananea a finibus illis egressa: clama-
uit dicensei. Miserere mei domine fili dauid: fi-
lia mea male a demonio vexatur. Qui non respon
dit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eius: roga-
bant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat
post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum
missus nisi ad oues que perierunt domus israel.
At illa venit: ⁊ adorauit eum dicens. Domine:

adiuua me. Qui rñdens ait. Nõ est bonum sume re panẽ filioꝝ: ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Eti am dñe. Nã ⁊ catelli edunt d̄ micis q̃ cadunt d̄ mẽ sa dñoꝝ suoꝝ. Tunc respõdẽs iesus: ait illi. O mu lier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sana ta est filia eius ex illa hora. Et cum trãsisset inde ie sus: venit secus mare galilee: ⁊ ascendẽs in montẽ sedebat ibi. Et accesserunt ad euȝ turbe multe: ha bẽtes secũ mutos: cecos: claudos: debiles: ⁊ alios multos: ⁊ piecerunt eos ad pedes eius: ⁊ curauit eos ita vt turbe mirarẽtur videntes mutos loquẽ tes: claudos ambulãtes: cecos videntes: ⁊ magni ficabãt deum israel. Jesus aũt cõuocatis discipu lis suis dixit. Misereoꝛ turbe: qꝛ triduo iã pseue rãt mecũ: ⁊ nõ hñt qd̄ mãducent. Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiãt i via. Et dicunt ei discipu li. Unde ergo nobis in deserto panes tãtos: vt sa tũremus turbã tantã? Et ait illis iesus. Quot pã nes habetis? At illi dixerũt: septẽ: ⁊ paucos pisci culos. Et precepit turbe vt discumberẽt sup terrã. Et accipiens septẽ panes ⁊ pisces: ⁊ gratias agẽs fregit ⁊ dedit discipulis: ⁊ discipuli dederũt popu lo: ⁊ comederũt omnes: ⁊ saturati sunt. Et qd̄ sup fuit de fragmẽtis: tulleru nt septeȝ spoꝛtas plenas. Erãt aũt q̃ mãducauerũt q̃ttuoꝛ millia hoim̃: extra paruulos ⁊ mulieres. Et dimissa turba ascẽdit in nauiculã: ⁊ venit in fines magedan. Caput. xvj.

Mattheum.

ET accesserũt ad eum pharisei ⁊ saducei temptãtes: ⁊ rogauerũt eum vt signũ de celo ostẽderet eis. At ille rñdens ait illis. Facto vespe dicitis: serenũ erit: rubicundũ est eni celũ. Et mane hodie tẽpestas: rutilat eni triste celũ. Faciẽ ergo celi diiudicare nostis: signa aũt tempoꝝ non potestis. Generatio mala ⁊ adultera signũ querit: ⁊ signuꝫ nõ dabitur ei: nisi signũ ione ꝓphete. Et relictis illis abijt. Et cũ venissent discipuli eiꝰ trãs fretum: obliti sunt panes accipe. Qui dixit illis. Intuemini ⁊ cauete a fermẽto phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. At illi cogitabãt inter se dicẽtes. Qꝛ panes nõ accepimus. Sciẽs aũt iesus dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei: qꝛ panes nõ habetis? Nonduꝫ intelligitis neqꝫ recordamini quiqꝫ panũ ⁊ quiqꝫ milliũ hoim: ⁊ quot cophinos sumpsistis? Neqꝫ septẽ panũ ⁊ quattuor millia hoim: ⁊ quot sportas sumpsistis? Quare nõ intelligitis qꝛ nõ de pane dixi vobis: cauete a fermẽto phariseorũ ⁊ saduceorũ. Tunc intellexerũt qꝛ nõ dixerit cauendũ a fermẽto panũ: sed a doctrina phariseoꝝ ⁊ saduceorũ. Venit aũt iesus in partes cesaree philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicũt hoies esse filiũ hois? At illi dixerunt. Alij ioãnem baptistam: alij aũt heliã: alij vero hieremiã: aut vnum ex ꝓphetis. Dicit illis iesus. Uos aũt queꝫ me esse dicitis? Respondens simon petrus dixit. Tu es

xp̄s filius dei viui. Respōdens aūt iesus dixit ei: Beatus es simō bariona: q2 caro z sanguis nō re uelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. Et ego di co tibi: quia tu es petr' z super hāc petraz edifica/ bo ecclesiā meam: z porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorū. Et quodcunq3 ligaueris super terram erit liga/ tum z in celis: z quodcūq3 solueris super terram: erit solutū z in celis. Tunc precepit discipulis su/ is vt nemini dicerēt: q2 ipse esset iesus xp̄s. Exinde cepit iesus ostēdere discipulis suis: quia oporteret eum ire hierosolymā: z multa pati a seniorib' z scri bis z principib' sacerdotuz z occidi z tertia die re surgere. Et assumēs eū petrus: cepit increpare il/ lum dicens. Absit a te dn̄e: non erit tibi hoc. Qui cōuersus dixit petro. Vade post me sathana: scan dalum es mihi: quia nō sapis ea q̄ dei sunt: sed ea q̄ hominū. Tūc iesus dixit discipulis suis. Si quis vult post me venire abneget semetipsum: z tollat crucem suā z sequat̄ me. Qui eni voluerit animaz suam saluā facere: perdet eam. Qui aūt perdide/ rit animā suā ꝑpter me: inueniet eam. Quid enim ꝓdest homini si mūdū vniuersū lucretur: aīe vero sue detrimentū patiat̄? Aut quā dabit hō cōmu/ tatione pro anima sua? Fili' eni hois ventur' est in gloria pr̄is sui cuz angelis suis. Et tunc reddet vnicuiq3 scd̄m opa eius. Amē dico vobis: sunt q̄/

dam de hic statib⁹ q̄ non gustabūt morte donec vi
deant filiū hois venientē in regno suo. Cap. xvij.
ET post dies sex assumpsit iesus petrū ꝛ iaco
bum ꝛ ioānem fratrē ei⁹: ꝛ duxit illos in mō-
tem excelsū seorsum: ꝛ transfigurat⁹ est ante eos.
Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimēta aute
eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt
illis moyses ꝛ helyas cū eo loquētes. Respōdēs
aūt petr⁹: dixit ad iesum. Dn̄e bonū est nos hic eē.
si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnū: moysi
vnū: ꝛ helye vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes
lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs.
Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene com
placui: ipm̄ audite. Et audientes discipuli cecide-
runt in fatiē suā: ꝛ timuerūt valde. Et accessit iesus
ꝛ tetigit eos: dixitq̄ eis. Surgite ꝛ nolite timere.
Leuātes aūt oculos suos neminē viderunt nisi so
lū iesum. Et descēdētibus illis de monte precepit
iesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec fili⁹
hois a mortuis resurgat. Et interrogauerunt eu
discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicūt ꝙ hely
am oportеat primū venire? At ille respōdens ait
eis. Helias quidē venturus est ꝛ restituet omnia.
Dico autē vobis: ꝗ helias iā venit: ꝛ nō cognoue
runt eū. sed fecerūt in eo quecūq̄ voluerunt. Sic
ꝛ filius hominis passurus est ab eis. Tūc intelle-
xerunt discipuli quia de Joanne baptista dixisset

eis. Et cū venisset ad turbā: accessit ad eum hō ge-
nibus ꝓuolutus ante eū dicēs. Dñe miserere filio
meo: q: lunaticus ē: ⁊ male patit̄. Nā sepe cadit i
ignē: ⁊ crebꝛo i aquā. Et obtuli eum discipulis tu-
is: ⁊ nō potuerūt curare eum. Rñdens aūt iesus
ait. O generatio incredula ⁊ ꝑuersa: quousqȝ ero
vobiscū? Usqȝquo patiar vos? Afferte huc illuȝ
ad me. Et increpauit illū iesus ⁊ exijt ab eo demo-
nium: ⁊ curatꝰ est puer ex illa hora. Tunc accesse-
runt discipuli ad iesum secreto: ⁊ dixerunt. Qua-
re nos nō potuimꝰ eijcere illum? Dicit illis iesus.
Propter incredulitatem vr̄am. Amē q̇ppe dico
vobis: si habueritis fidem sicut granū sinapis: di-
cetis mōti huic trāsi hic ⁊ trāsibit: ⁊ nihil ipossibi-
le erit vobis. Hoc aūt genus non eijcit̄ nisi ꝑ oro-
nem ⁊ ieiuniuȝ. Cōuersantibus aūt eis in galilea:
dixit illis iesus. Filiꝰ hoīs tradēdus est in manus
hoīm ⁊ occidēt eum: ⁊ tertia die resurget. Et cōtri
stati sunt vehement̄: ⁊ cum venissent capharnauȝ:
accesserunt q̇ didrachmā accipiebāt ad petrum: ⁊
dixerūt ei. Magister vester nō soluit didrachmā.
Ait. Etiam. Et cū intrasset in domū: preuenit euȝ
iesus dicens. Quid tibi videt̄ simō? Reges ter-
re a quibus accipiunt tributuȝ vel censum: a filijs
suis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit
illis iesus. Ergo liberi sunt filij. Ut autē nō scan
dalizemꝰ eos: vade ad mare ⁊ mitte hamum: ⁊ eū

piscē q̄ p̄rim⁹ ascēderit: tolle. Et apto ore eius inue-
nies staterē: illū sumēs: da eis p me ꝛ te. Cap. xviij

In illa hora accesserūt discipuli ad iesum dicē-
tes. Quis putas maior est in regno celorū?
Et aduocās iesus paruulū: statuit eū in medio eo-
rum: ꝛ dixit. Amē dico vobis: nisi cōuersi fueritis
ꝛ efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnū
celoꝝ. Quicūqꝫ ergo humiliauerit se sicut paruu-
lus iste: hic est maior in regno celoꝝ. Et q̄ susceperit
vnū paruulū talē in nomīe meo: me suscepit. Qui
autē scandalizauerit vnū de pusillis istis qui ī me
credūt: expedit ei vt suspendat̄ mola asinaria ī col-
lo eius: ꝛ demergat̄ in ꝑfundū maris. Ve mun-
do a scādalis. Necesse est enī vt veniant scandala:
Verūtamē ve hoī illi p quē scandalum venit. Si
aūt manus tua vel pes tuus scādalizat te: abscide
eum ꝛ ꝓijce abs te. Bonū tibi est ad vitā ingredi
debilē vel claudum: q̄ꝫ duas manus vel duos pe-
des habentē mitti in ignē eternū. Et si oculus tu⁹
scandalizat te: erue eum ꝛ ꝓijce abs te. Bonum ti-
bi est vnū oculū habētē in vitā intrare: q̄ꝫ duos ocu-
los habentē mitti in gehēnā ignis. Videte ne con-
tēnatis vnū ex his pusillis. Dico enī vobis: q2 an-
geli eoꝝ in celis semp vident faciem p̄ris mei qui
in celis est. Venit enī filius hoīs saluare qd̄ perie-
rat. Quid vobis videt̄? Si fuerint alicui centum
oues: ꝛ errauerit vna ex eis: nōne relinquit nonagi-

ta nouez in montib⁹: ⁊ vadit q̄rere eam q̄ errauit? Et si contigerit vt inueniet eam:amen dico vobis: quia gaudet sup eam magis q̄ sup᷑a nonagita nouem q̄ nō errauerūt. Sic nō est volūtas ante p̄trem vestrum qui in celis est:vt pereat vnus de pusillis istis. Si aūt peccauerit in te frater tu⁹: vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ip̄m solū. Si te audierit:lucratus eris fratrē tuū. Si autē non te audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos: vt in ore duorum vel triū testium stet omne verbū. Quod si nō audierit eos:dic ecclesie. Si autē ecclesiaꝫ non audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publican⁹. Amen dico vobis:quecūqꝫ alligaueritis sup terraꝫ erunt ligata ⁊ in celo:⁊ quecunqꝫ solueritis sup terram erūt soluta ⁊ in celo. Iterū dico vobis:q᷑ si duo ex vobis consenserint super terrā de omni re quācūqꝫ petierint:fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enī sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo: ibi suꝫ in medio eoꝝ. Tunc accedēs petrus ad euꝫ dixit. Dn̄e quotiens peccabit in me frater me⁹: ⁊ dimittam ei? Usqꝫ septies? Dicit illi iesus. Non dico tibi vsqꝫ septies:sꝫ vsqꝫ septuagies septies. Ideo assimilatū est regnū celoꝝ homini regi: qui voluit rōnem ponere cū seruis suis. Et cum cepisset rōnem ponere:oblatus est ei vnus q̄ debebat ei decē milia talenta. Cū autē nō haberet vnde redderet: iussit eū dn̄s ei⁹ venūdari ⁊ vxorē ei⁹ ⁊ filios: ⁊ oīa

q̄ habebat ⁊ reddi. Procidēs aūt seruus ille: ora
bat eū dicēs. Patientiā habe in me: ⁊ oia reddam
tibi. Misertus aūt dn̄s serui illi⁹ dimisit eū: ⁊ de
bitū dimisit ei. Egressus autē seruus ille: inuenit
vnū de cōseruis suis: q̄ debebat ei centū denarios:
⁊ tenēs suffocabat eum dicēs. Redde q̄d debes.
Et ꝓcidēs conseruus ei⁹: rogabat eū dicēs. Pa
tientiā habe in me: ⁊ oia reddā tibi. Ille aūt noluit
sed abijt ⁊ misit eum in carcerē: donec redderet de
bitū. Uidētes aūt cōserui ei⁹ que fiebāt cōtristati
sunt valde: ⁊ venerūt ⁊ narrauerūt dn̄o suo oīa q̄
facta fuerāt. Tunc vocauit illū dn̄s suus: ⁊ ait illi.
Serue neq̄: omne debitū dimisi tibi q̄m rogasti
me. Nōne ergo oportuit ⁊ te misereri cōserui tui
sicut ⁊ ego tui miser⁹ sum? Et iratus dn̄s eius tra
didit eū tortoribus: quo adusq; redderet vniuer
suz debitū. Sic ⁊ pr̄ me⁹ celestis faciet vobis si nō
remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordib⁹ vr̄is.

Et factū est cum cōsumasset iesus Cap. xix.
sermones istos: migrauit a galilea: ⁊ venit in
fines iudee trās iordanē: ⁊ secute sunt eū turbe mul
te: ⁊ curauit eos ibi. Et accesserūt ad eū pharisei tē
tātes eū: ⁊ dicētes. Si licet hoī dimittere vxorē suā
q̄cūq; ex causa? Qui rn̄dens ait eis. Nō legistis:
q: q̄ fecit hoīez ab initio: masculū ⁊ feminam fecit
eos? Et dixit. Propt̄ hoc dimittet hō pr̄em ⁊ ma
trē: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erūt duo in carne vna.

Itaqꝫ iã non sunt duo: sed vna caro. Q̃d ergo de⁹
coniũxit: hõ non separet. Dicunt illi. Quid ergo
moyses mãdauit dari libellũ repudij ⁊ dimittere?
Ait illis. Q̃m moyses ad duriciã cordis vr̃i ꝑmi-
sit vobis dimittere vxores vr̃as ab initio aũt non
fuit sic. Dico aũt vobis: q2 quicũqꝫ dimiserit vxo-
rem suã nisi ob fornicationeꝫ: ⁊ aliã duxerit: mecha
tur. Et q̃ dimissam duxerit: mechat̃. Dicunt ei dis
cipuli ei⁹. Si ita est causa hois cũ vxore: non expe
dit nubere. Qui dixit illis. Non om̃es capiũt ver
bum istud sed quib⁹ datũ est. Sunt enim eunuchi
qui de matris vtero sic nati sunt: ⁊ sunt eunuchi q̃
facti sunt ab hoĩbus: ⁊ sunt eunuchi q̃ seipsos ca-
strauerũt ꝓpter regnũ celorũ. Qui põt cape capi
at. Tũc oblati sunt ei paruuli: vt man⁹ eis impone
ret ⁊ oraret. Discipuli aũt increpabãt eos. Jesus
vero ait eis. Sinite paruulos ⁊ nolite eos ꝓhibe-
re ad me venire: taliũ est eni regnum celoꝝ. Et cuꝫ
imposuisset eis manus: abijt inde. Et ecce vn⁹ ac-
cedens ait illi. Magister bone q̃d boni faciam vt
habeã vitã eternã? Qui dixit ei. Quid me iterro
gas de bono? Unus est bon⁹ de⁹. Si autẽ vis ad
vitã ĩgredi: serua mãdata. Dicit illi. Que? Jesus
autẽ dixit. Nõ homicidiũ facies: nõ adulterabis:
nõ facies furtum: nõ falsum testimoniũ dices: ho-
nora pr̃em tuum ⁊ matrem: diliges ꝓximum tuuꝫ
sicut teip̃m: dicit illi adolescens. Omnia hec custodi-

ni a iuuẽtute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi
iesus. Si vis pfectus esse: vade ⁊ vẽde omnia que
habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesauruz in
celo: ⁊ veni sequere me. Cũ audisset autez adoles-
cẽs verbũ: abijt tristis. Erat eniz habens multas
possessiões. Jesus autẽ dixit discipulis suis. Amẽ
dico vobis: qꝛ diues dificile intrabit in regnũ ce-
loꝝ. Et iterũ dico vobis. Facilius est camelũ per
foramẽ acus trãsire: q̃ diuitem intrare in regnum
celoꝝ. Auditis autẽ his: discipuli mirabant̃ val-
de dicẽtes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspi-
ciens aũt iesus dixit illis. Apud hoĩes hoc impos-
sibile est: apud deũ aũt oĩa possibilia sunt. Tunc
respondẽs petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus
omnia: ⁊ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?
Jesus autẽ dixit illis. Amen dico vobis: q̃ vos q̃
secuti estis me: in regeneratione cũ sederit fili⁹ ho-
minis in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super
sedes duodecĩ iudicãtes duodecĩ tribus israel. Et
oĩis qui reliq̃rit domũ vł fratres: aut sorores aut
patrẽ: aut matrẽ: aut vxorẽ: aut filios: aut agros ꝓ
pter nomen meũ: centuplũ accipiet: ⁊ vitã eternaz
possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi ⁊
nouissimi primi. Caput. xx.

SImile est regnũ celoꝝ hoĩ patrifamilias: qui
exijt primo mane conducere oparios in vi-
neam suã. Conuẽtione autẽ facta cũ oparijs ex de-

nario diurno: misit eos in vineā suā. Et egressus circa horā tertiā vidit alios stātes ī foro occiosos: ꝛ dixit illis. Ite ꝛ vos in vineā meā: ꝛ qd̄ iustū fuerit dabo vobis. Illi aūt abierunt. Iterū aūt exijt circa horā sextā ꝛ nonā ꝛ fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt: ꝛ īuenit alios stātes ꝛ dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos cōduxit. Dixit illis. Ite ꝛ vos in vineā meā. Cū sero aūt factū esset: dicit dn̄s vinee ꝓcuratori suo. Uoca operarios: ꝛ redde illis mercedē incipiēs a nouissimis vsqʒ ad primos. Cū venissent ergo q̄ circa vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Uenientes aūt ꝛ primi: arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi: acceperunt aūt ꝛ ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus prēm familias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt ꝛ pares illos nobis fecisti: q̄ portauim⁹ pondus diei ꝛ estꝰ? At ille respondēs vni eoꝝ dixit. Amice: nō facio tibi iniuriā. Nonne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuū est ꝛ vade. Uolo autē ꝛ huic nouissimo dare: sicut ꝛ tibi. aut nō licet mihi qd̄ volo facere? An oculus tuus nequā est q: ego bon⁹ sum? Sic erūt nouissimi primi: ꝛ primi nouissimi. Multi enī sunt vocati: pauci vero electi. Et ascendēs iesus hierosolymā: assūpsit duodeci discipulos secreto: ꝛ ait illis. Ecce ascendim⁹ hierosolymā: ꝛ fili⁹ hōis tradetur princi-

pibus sacerdotū z scribis z condēnabūt eū morte z tradent eū gentib⁹ ad illudendū z flagellandū: z crucifigendū z tertia die resurget. Tūc accessit ad eum mat filioꝝ zebedei cū filijs suis: adorans z petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexterā tuam: z vn⁹ ad sinistrā in regno tuo. Respondens autē iesus dixit. Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possum⁹. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: sedere aūt ad dexterā meā vel sinistrā nō est meū da re vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audiētes decem: indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹. Jesus aūt vocauit eos ad se z ait. Scitis q: prin cipes gentiū dominant eoꝝ: z q̄ maiores sunt po testatem exercēt inter eos. Nō ita erit inter vos. Sed quicunqz voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seru⁹. Sicut fili⁹ hominis non ve nit ministrari sz ministrare: z dare animā suā redē ptionē pro multis. Et egredientib⁹ illis ab hieri co secuta est eum turba multa. Et ecce duo ceci se dentes secus viā: audierunt quia iesus transiret: z clamauerūt dicētes. Dñe miserere nr̄i fili dd. Tur ba aūt icrepabat eos vt tacerent. At illi magis cla mabāt dicētes. Dñe miserere nr̄i fili dd. Et stetit ie sus: z vocauit eos z ait. Quid vultis vt faciā vo

bis. Dicunt illi. Dñe: vt aperiant oculi nři. Misertus autẽ eoꝝ iesus tetigit oculos eorũ. Et confestim viderunt: ⁊ secuti sunt eum. Caput. xxj.

Et cum appropinquasset hierosolymis ⁊ venissent bethphage ad montẽ oliueti. Tunc iesus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum qđ cõtra vos est: ⁊ stati inuenietis asinam alligatã ⁊ pullũ cum ea: soluite ⁊ adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite qꝛ dñs his opus habet: ⁊ cõfestim dimittet eos. Hoc autẽ factũ est: vt adimpleretur qđ dictum est p ꝓphetã dicentẽ. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi mãsuet': sedẽs sup asinã ⁊ pullũ filiuꝫ subiugalis. Euntes autẽ discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus: ⁊ adduxerũt asinã ⁊ pullũ: ⁊ imposuerunt super eos vestimẽta sua: ⁊ eum desup sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via. Alij autẽ cedebãt ramos de arboribus: ⁊ sternebant in via. Turbe autẽ q̃ precedebant ⁊ q̃ sequebant clamabãt dicẽtes. O sana filio dauid: benedictus qui venit in nomine dñi osanna i altissimis. Et cum intrasset hierosolymã: cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs. Quis est hic? populi autem dicebant. Hic est iesus ꝓpheta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templũ dei: ⁊ eijciebat omnes vẽdentes ⁊ emẽtes in tẽplo: ⁊ mẽsas nũmulariorum ⁊ cathedras vendẽtiũ colũbas euertit: ⁊ dixit eis.

Scriptū est:domus mea dom⁹ orationis vocabi-
tur:vos aūt fecistis illam speluncam latronuz: ⁊ ac-
cesserūt ad euz ceci ⁊ claudi in tēplo ⁊ sanauit eos.
Videntes autē principes sacerdotū ⁊ scribe mi-
rabilia q̄ fecit:⁊ pueros clamātes in templo:⁊ dicē
tes:osanna filio dauid:indignati sunt:⁊ dixerūt ei.
Audis q̄d isti dicunt:Jesus aūt dixit eis. Utiqȝ
nunq̄ legistis:quia ex ore infantiū perfecisti lau-
dem:Et relictis illis abijt foras extra ciuitatez in
bethaniā:ibiqȝ māsit. Mane autē reuertens ī ci-
uitatē esurijt:⁊ videns fici arborem vnā secus viā
venit ad eam:⁊ nihil inuenit in ea nisi folia tantū:
⁊ ait illi. Nunq̄ ex te fructus nascatur in sempiter
num:⁊ arefacta est cōtinuo ficulnea. Et videntes
discipuli:mirati sunt dicentes. Quomodo conti-
nuo aruit:Respondens aūt iesus ait eis. Amen
dico vobis:si habueritis fidez:⁊ nō hesitaueritis:
non solum de ficulnea facietis: sed ⁊ si monti huic
dixeritis:tolle:⁊ iacta te in mare:fiet. Et omnia que
cūqȝ petieritis in oratione credētes accipietis. Et
cum venisset in tēpluz accesserūt ad eum docentez
principes sacerdotū ⁊ seniores populi dicētes. In
qua potestate hec facis:⁊ quis tibi dedit hanc po
testatē:Respondens iesus:dixit eis. Interroga-
bo vos:⁊ ego vnū sermonē:quē si dixeritis mihi:⁊
ego vobis dicā in qua potestate hec facio. Baptis
m⁹ ioānis vnde erat:e celo:an ex hominib⁹:At illi

cogitabāt inter se dicentes. Si dixerim⁹ e celo: dī-
cet nobis. Quare ergo nō credidistis illi? Si au
tem dixerim⁹ ex hominib⁹: timem⁹ turbā. Oēs
eni habebāt ioānem sicut ꝓphetā. Et responden-
tes iesu dixerūt. Nescimus. Ait illis ꝛ ipse. Nec
ego dico vobis in qua potestate hec facio. Quid
aūt vobis videtꝰ? Homo quidā habebat duos fi-
lios: ꝛ accedens ad primum dixit. Fili vade hodie
operari in vineaꝫ meam. Ille aūt respondens ait.
Nolo. Postea aūt penitēcia motus abijt. Acce-
dens aūt ad alterū dixit similiter. At ille respōdēs
ait: eo dñe: ꝛ nō iuit. Quis ex duobus fecit volun
tatē pr̄is? Dicunt ei. Primus. Dixit illis iesus.
Amen dico vobis: qꝛ publicani ꝛ meretrices pre
cedētvos in regno dei. Venit eni ad vos ioannes
in via iusticie: ꝛ nō credidistis ei. Publicani autē
ꝛ meretrices crediderūt ei: vos aūt vidētes: nec pe
nitentiā habuistis: postea vt crederetis ei. Aliam
parabolā audite. Homo erat paterfamilias q̇ plā
tauit vineā: ꝛ septē circūdedit ei: ꝛ fodit in ea torcu
lar: ꝛ edificauit turrī: ꝛ locauit eā agricolis: ꝛ pere
gre ꝓfect⁹ est. Cū aūt tēpus fructuū appropiquas
set: misit seruos suos ad agricolas vt acciperētfru
ctus ei⁹. Et agricole apprehēsis seruis ei⁹: aliū ce-
ciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidaue-
runt. Iteruꝫ misit alios seruos plures prioribus:
ꝛ fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit ad

eos filiũ ſuũ dicẽs: verebunt forte filiũ meũ. Agri
cole aũt videtes filiũ dixerũt itra ſe. Hic eſt heres:
venite occidam⁹ eũ ⁊ habebim⁹ hereditatem ei⁹.
Et apprehenſum eũ eiecerũt extra vineam: ⁊ occi
derunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid fa
ciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male pdet
⁊ vineam ſuam locabit alijs agricolis qui reddãt
ei fructum tẽporib⁹ ſuis. Dicit illis ieſus. Nunq̃
legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobaue
runt edificantes hic eſt factus in caput anguli. A
domino factuꝫ eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis no
ſtris. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis re/
gnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus ei⁹. Et
qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur: ſu
per quẽ vero ceciderit: conteret eum. Et cum au/
diſſent principes ſacerdotũ ⁊ phariſei: parabolas
eius cognouerunt q̃ de ipſis diceret. Et queren/
tes eum tenere timuerunt turbas: quoniam ſicut
prophetam eũ habebant. Et reſpondens ieſus di
xit: iterum in parabolis eis dicens. Caput. xxij.

Simile factum eſt regnum celorum ho/
f mini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Et
miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nu
ptias: ⁊ nolebant venire. Iterum miſit alios ſer/
uos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandiuꝫ me/
um paraui: thauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt: ⁊ om/
nia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexe

runt τ abierunt: alius in villā suā: alius vero ad negotiationē suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: τ contumelijs affectos: occiderunt. Rex aūt cum audisset irat⁹ est: τ missis exercitibus suis pdidit homicidas illos: τ ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptie quidē parate sunt: sed qui inuitati erāt nō fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarū: τ quoscūq3 inueneritis: vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: congregauerunt omnes quos iuenerūt malos τ bonos: τ implete sunt nuptie discumbētiū. Intrauit autē3 rex vt videret discumbētes: τ vidit ibi hominē nō vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice: quomodo huc intrasti nō habens vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manibus τ pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus τ stridor dentiū. Multi aūt sunt vocati: pauci vero electi. Tunc abeūtes pharisei consiliu3 inuenerunt vt caperent eum in sermone. Et mittūt ei discipulos suos: cū herodianis dicentes. Magister scimus q2 verax es τ viam dei ī veritate doces. τ non est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis psonam hoim. Dic ergo nobis quid tibi videt̄. Licet cēsum dari cesari: aut nō? Cognita aute3 iesus nequitia eoru3 ait. Quid me tēptatis hypocrite? Ostendite mihi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis iesus. Cui⁹ est ymago

hec ꝛ superscriptio? Dicūt ei. Cesaris. Tunc ait il
lis. Reddite ergo q̄ sunt cesaris cesari: ꝛ que sunt
dei deo. Et audiētes mirati sunt. ꝛ relicto eo abie-
runt. In illo die accesserunt ad eum saducei: qui
dicunt nō esse resurrectionē: ꝛ interrogauerūt eum
dicētes. Magister: moyses dixit si quis mortuus
fuerit nō habens filiū: vt ducat frater eius vxorem
illius ꝛ suscitet semen fratri suo. Erant autē apud
nos septē fratres: ꝛ primus vxore ducta defunctus
est: ꝛ non habens semen reliquit vxorem suā fratri
suo. Similiter secūdus ꝛ tertius vsqꝫ ad septimū.
Nouissime aūt omniū: ꝛ mulier d̄functa est. In re
surrectione ergo cuius erit de septem vxor? Om-
nes enī habuerūt eam. Respōdens autē iesus: ait
illis. Erratis nescientes scripturas: neqꝫ virtuteꝫ
dei. In resurrectione enī neqꝫ nubent neqꝫ nuben
tur: sed erunt sicut angeli dei ī celo. De resurrectio
ne aūt mortuorū nō legistis quod dictum est a deo
dicente vobis. Ego sum deus abraā: ꝛ deus ysaac
ꝛ deus iacob? Non est deus mortuorū sed viuen-
tiū. Et audientes turbe mirabanť in doctrina ei⁹.
Pharisei autē audiētes ꝙ silētiū iposuisset sadu
ceis cōuenerūt in vnū: ꝛ interrogauit euꝫ vnus ex
eis legisdoctor temptans eum. Magister: quod ē
mādatū magnū in lege? Ait illi iesus. Diliges do
minū deū tuū ex toto corde tuo ꝛ in tota anima tua
ꝛ in tota mēte tua. Hoc est maximū ꝛ primū man-

datum. Secundū aūt simile est huic. Diliges prī
mū tuū sicut teipsum. In his duob⁹ mādatis: vni
uersa lex pendet ꝛ ꝓphete. Cōgregatis autē pha-
riseis: interrogauit eos iesus dicēs. Quid vobis
videt̄ de xpo: cuius fili⁹ est? Dicūt ei. Dauid. Ait
illis. Quomodo ergo dauid in spū vocat eum do
minū dicēs. Dixit dn̄s dn̄o mō: sede a dextris meis:
donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ?
Si ergo dauid vocat eum dn̄m: quomodo filius
ei⁹ est? Et nemo poterat ei respōdere verbū neqꝫ
ausus fuit quisꝙ ex illa die eū ampli⁹ interrogare.
Tunc iesus locut⁹ ē ad turbas Caput. xxiij.
ꝛ ad discipulos suos dicēs: super cathedram
moysi sederūt scribe ꝛ pharisei. Omnia ergo que-
cūqꝫ dixerūt vobis: seruate ꝛ facite, secundūꝫ opa
vero eoꝝ nolite facere. Dicūt enī ꝛ nō faciūt. Alli-
gant aūt onera grauia ꝛ importabilia: ꝛ imponūt
in humeros hoim: digito aūt suo nolūt ea mouere.
Oīa vero opa sua faciūt vt videant̄ ab hominib⁹.
Dilatāt enī phylateria sua: ꝛ magnificāt fimbrias
Amāt aūt primos recubit⁹ in cenis: ꝛ primas ca-
thedras in synagogis: ꝛ salutationes in foro: ꝛ vo-
cari ab hoibus rabbi. Uos aūt nolite vocari rab
bi. Unus est enī magister vr̄: oēs aūt vos fratres
estis. Et prē nolite vocare vobis sup terrā: vnus
est enī pat̄ vr̄ q̄ in celis est. Nec vocemini magrī:
qꝛ magister vr̄ vn⁹ est xp̄s. Qui maior est vr̄ꝫ erit

minister vr. Qui aũt se exaltauerit humiliabitur:
⁊ q̇ se humiliauerit exaltabit. Ue aũt vobis scri/
be ⁊ pharisei hypocrite: q̇ clauditis regnũ celoꝝ
ante hoies. Uos eni nõ intratis: nec introeuntes
sinitis intrare. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypo/
crite q̇ comeditis domos viduarũ: orationes lon/
gas orãtes: ꝑpter hoc ampli⁹ accipietis iudiciũ.
Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui circui/
tis mare ⁊ aridã: vt faciatis vnũ ꝓselitũ: ⁊ cũ fue/
rit fact⁹: facietis eũ filiũ gehẽne duplo q̃ vos. Ue
vobis duces ceci: q̇ dicitis: quicũq3 iurauerit per
templũ nihil est: q̇ aũt iurauerit in auro tẽpli debi/
tor est. Stulti ⁊ ceci. q̇d eni mai⁹ est: aurũ: an tẽplũ
qd̕ sanctificat aurũ? Et q̇cunq3 iurauerit in alta/
ri nihil est: q̇cunq3 aũt iurauerit in dono qd̕ est sup
illud: debet. Ceci: q̇d enĩ mai⁹ est: donũ: an altare
qd̕ sanctificat donũ? Qui ergo iurat i altari iurat
in eo: ⁊ in oib⁹ q̄ sup illud sunt. Et q̇cunq3 iuraue
rit in tẽplo iurat in illo ⁊ i eo q̇ habitat in ipso. Et q̇
iurat in celo iurat i throno dei ⁊ i eo q̇ sedet sup eũ.
Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q̇ decima/
tis mentã ⁊ anetũ ⁊ ciminũ: ⁊ reliq̇stis que grauio
ra sunt legis iudiciũ: ⁊ misericordiã: ⁊ fidem. Hec
oportuit facere ⁊ illa nõ omittere. Duces ceci exco
lãtes calicẽ: camelũ aũt glutiẽtes. Ue vobis scri/
be ⁊ pharisei hypocrite: q̇ mũdatis qd̕ d̕ foris ẽ ca
licis ⁊ paropsidis: int⁹ aũt pleĩ estis rapia ⁊ mũdicia;

Pharisee cece: mũda prius qđ intus est calicis ꝛ
parapsidis: vt fiat: ꝛ id quod de foris est mundũ.
Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: quia simi-
les estis sepulchris dealbatis: q̄ a foris parent ho-
minibꝫ speciosa: intus vero plena sunt ossibꝫ mor-
tuorũ ꝛ omni spurcitia. Sic ꝛ vos a foris quidem
paretis hoibus iusti: intus aũt pleni estis hypocri
si ꝛ iniquitate. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypo-
crite: qui edificatis sepulchra ꝓphetarũ ꝛ ornatis
monumēta iustoꝝ: ꝛ dicitis. Si fuissemꝫ in diebꝫ
patrũ nr̃oꝝ: nõ essemus socij eoꝝ in sanguine pro
phetarũ. Itaqꝫ testimonio estis vosmetipsis: quia
filij estis eoꝝ qui ꝓphetas occiderũt. Et vos iple
te mensurā patrũ vestrorũ. Serpentes genimina
viperarum: quomodo fugietis a iudicio gehēne?
Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophe
tas ꝛ sapiētes ꝛ scribas: ꝛ ex illis occidetis ꝛ cru-
cifigetis: ꝛ ex eis flagellabitis in synagogis vr̃is:
ꝛ ꝑsequimini de ciuitate in ciuitatem vt veniat sup
vos omnis sanguis iustus q̇ effusus est sup terraꝫ
a sanguine abel iusti vsqꝫ ad sanguinē zacharie fi-
lij barachie: quē occidistis inter templuꝫ ꝛ altare.
Amē dico vobis venient hec oīa sup generatiō
nem istā. Hyerusalē hyerusalē: q̄ occidis prophe
tas ꝛ lapidas eos q̇ ad te missi sunt: quotiēs volui
cōgregare filios tuos quēadmodũ gallina cōgre-
gat pullos suos sub alas: ꝛ noluisti? Ecce relique-

tur vobis dom⁹ vr̃a deserta. Dico eñi vobis non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Caput.xxiiij.

Et egressus iesus d̃ tẽplo ibat. Et accesserũt discipuli eius: vt ostẽderent ei edificationes templi. Ipse aũt respondens: dixit illis. Videtis hec omnia? Amẽ dico vobis: nõ relinquetur hic lapis super lapidẽ: qui nõ destruat. Sedente autez eo sup montem oliueti: accesserunt ad euz discipuli secreto dicẽtes. Dic nobis quãdo hec erũt: ꝛ qđ signũ aduent⁹ tui ꝛ cõsummationis seculi? Et respondẽs iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi eñi veniẽt in nomie meo dicẽtes. Ego sum xp̃s: ꝛ multos seducent. Audituri enim estis prelia ꝛ opiniones preliorum: videte ne turbemini. Oportet eñi hec fieri: sed nõdum est finis. Cõsurget eñi gens in gentẽ: ꝛ regnũ in regnũ: ꝛ erunt pestilentie ꝛ fames ꝛ terremot⁹ per loca. Hec autem oĩa initia sunt dolorum. Tunc tradẽt vos in tribulationẽ ꝛ occident vos ꝛ eritis odio omnib⁹ gentibus ꝑpter nomẽ meũ. Et tũc scandalizabunt multi ꝛ inuicẽ tradent: ꝛ odio habebũt inuicẽ. Et multi pseudo prophete surgent: ꝛ seducent multos: et qm̃ abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. Qui aũt pseuerauerit vsqꝫ in finẽ: hic saluus erit. Et predicabitur hoc euangeliũ regni in vniuerso orbe in testimoniũ omnib⁹ gentib⁹: ꝛ tũc

ueniet cōsummatio. Cū ergo videritis abominationē desolationis: q̄ dicta est a daniele ꝓpheta stā te in loco sancto: qui legit intelligat. Tunc q̄ in iudea sunt fugiāt ad mōtes: ꝛ qui i tecto nō descēdat tollere aliquid de domo sua: ꝛ q̄ in agro nō reuertatur tollere tunicā suā. Ve aūt pregnantibus ꝛ nutrientib⁹ in illis diebus. Orate aūt vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Erit enī tūc tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mundi vsq᷒ modo: neq᷒ fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salua omnis caro: sed ꝓpter electos breuiabunt dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic est xp̄s aut illic: nolite credere. Surgēt enim pseudo xp̄i ꝛ pseudo ꝓphete: ꝛ dabunt signa magna ꝛ prodigia: ita vt in errorē inducantur si fieri potest etiā electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerit vobis ecce in deserto est: nolite exire: ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enī fulgur exit ab oriē te ꝛ paret vsq᷒ in occidente: ita erit ꝛ aduētus filij hois. Vbicūq᷒ fuerit corpus: illuc cōgregabunt ꝛ aquile. Stati aūt post tribulationē dierū illoru᷒ sol obscurabitur: ꝛ luna nō dabit lumē suū: ꝛ stelle cadent de celo: ꝛ virtutes celorū cōmouebuntur: ꝛ tunc parebit signū filij hois in celo. Et tunc plangent omnes trib⁹ terre ꝛ videbunt filiu᷒ hominis venientem in nubib⁹ celi cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba ꝛ voce

magna: et congregabunt electos eius a quattuor ventis: a summis celorum vsq₃ ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata: scitis quia prope est estas: ita et vos cum videritis hec omnia: scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec: donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non preteribunt. De die autem illa et hora nemo scit: neq₃ angeli celorum: nisi pater solus. Sicut autem in diebus noe: ita erit et aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes nubentes et nuptui tradentes: vsq₃ ad eum diem quo intrauit noe in arcam: et non cognouerunt donec venit diluuium et tulit omnes: ita erit et aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur et vnus relinquetur. Due molentes in mola: vna assumetur: et vna relinquetur. Duo in lecto vnus assumetur: et vnus relinquetur. Uigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiq₃ et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus prudens: quem constituit dominus supra familiam suam vt det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus eius: inuenerit sic facientem. amen dico vobis quoniam sup

omnia bona sua cōstituet eum. Si aūt dixerit malus seruus ille in corde suo: morā facit dñs me' venire: et ceperit percutere cōseruos suos: et mãducet autem et bibat cū ebriosis: veniet dñs serui illius i die qua nō sperat: et hora qua ignorat: et diuidet eū parteq3 eius ponet cum hypocritis: illic erit flet' et stridor dentium. Caput.xxv.

TUnc simile erit regnū celoz decem virginibus: q̄ accipiētes lāpades suas: exierunt obuiam spōso et spōse. Quinq3 autē ex eis erāt fatue et quinq3 prudētes. Sed quinq3 fatue acceptis lāpadibus nō sumpserūt oleum secū. Prudētes vero acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadib'. Moram aūt faciente sponso dormitauerūt oēs et dormierūt. Media autē nocte clamor factus est: ecce spōsus venit: exite obuiā ei. Tunc surrexerūt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue aūt sapientibus dixerūt: date nobis d̄ oleo vr̄o: q2 lampades nr̄e extinguūt. Responderunt prudentes dicētes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendētes et emite vobis. Dū aūt irent emere: venit sponsus: et q̄ parate erant: intrauerūt cū eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniūt et reliq̄ virgines dicentes. Domie dñe: aperi nobis. At ille respōdens ait. Amē dico vobis: nescio vos. Vigilate ergo: quia nescitis diem neq3 horā. Sicut enī homo peregre pro-

ficiscens vocauit seruos suos et tradidit illis bona
sua. Et vni dedit quinque talēta: alij aūt duo: alij ve
ro vnū: vnicuique secundū ꝓpriā virtutē: et ꝓfectus
est statim. Abijt aūt qui quinque talēta acceperat:
et operatus est in eis: et lucratus est alia quinque. Si
milit͛ et q̄ duo accepat: lucratus ē alia duo. Qui aūt
vnū accepat: abiēs fodit in terrā: et abscōdit pecu
niā domini sui. Post multum vero tpis venit dn̄s
seruoꝝ illoꝝ: et posuit rationē cū eis. Et accedens
qui quinque talenta acceperat: obtulit alia quinque ta
lenta dicēs. Dn̄e quinque talēta tradidisti mihi: ec
ce alia quinque suplucratus sum. Ait illi dn̄s eius:
Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fide
lis: sup multa te cōstituā: intra in gaudium dn̄i tui.
Accessit aūt et q̄ duo talēta accepat: et ait. Domine
duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus
sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone et fidelis:
quia sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā:
intra in gaudiū dn̄i tui. Accedens aūt et q̄ vnū ta
lentū accepat: ait. Dn̄e scio quia hō durus es metis
vbi nō seminasti: et congregas vbi nō sparsisti: et ti
mēs abij et abscōdi talentū tuū in terra. Ecce ha
bes qđ tuū est. Respondēs aūt dn̄s eius dixit ei:
Serue male et piger: sciebas quia meto vbi non se
mino: et cōgrego vbi nō sparsi. Oportuit ergo te
cōmittere pecuniā meā nūmularijs: et veniēs ego
recepissem vtique quod meum est cum vsura. Tol

lite itaqʒ ab eo talentum: ꝛ date ei qui habet decē talenta. Omni enim habenti dabitur. ꝛ habūdabit: ei autem qui non habet: et quod videtur habere auferetur ab eo: ꝛ inutilem seruū eĳcite in tenebras exteriores: illic erit fletus ꝛ stridor dētiuʒ. Cum aūt venerit filius hominis in maiestate sua ꝛ omnes angeli cum eo: tūc sedebit super sedē maiestatis sue: ꝛ congregabunt ante eum omnes gentes: ꝛ separabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris hedos autem a sinistris. Tūc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Uenite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū a constitutione mundi. Esuriui enim ꝛ dedistis mihi mādu care. Sitiui: ꝛ dd̄istis mihi bibere. Hospes erā: ꝛ collegistis me Nud⁹: ꝛ operuistis me. Infirm⁹: ꝛ visitastis me. In carcere erā: ꝛ venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quādo te vidimus esurientē: ꝛ pauim⁹ te: sitientem: ꝛ dedim⁹ tibi potum? Quādo aūt te vidimus hospitē ꝛ collegim⁹ te: aut nudum ꝛ cooperuim⁹ te? Aut quādo te vidimus infirmū aut in carcere: ꝛ venim⁹ ad te? Et respondēs rex dicet illis. Amen dico vobis: quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tūc dicet ꝛ his q̄ a sinistris erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū q̄ paratus ē diabolo ꝛ angelis eius. Esuriui enī: ꝛ nō dedistis mi

hi mãducare. Sitiui τ nõ dedistis mihi potũ. Hospes erã τ nõ collegistis me. Nudus: τ non operuistis me. Infirm⁹ τ in carcere: τ non visitastis me. Tũc respondebũt ei τ ipsi dicentes. Dñe quando te vidim⁹ esurientẽ: aut sitientẽ: aut hospitẽ: aut nudum: aut infirmũ: aut in carcere: τ nõ ministrauimus tibi? Tunc respõdebit illis dicẽs. Amẽ dico vobis quãdiu nõ fecistis vni de minorib⁹ his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternũ: iusti autem in vitam eternam. Caput. xxvj.

Et factu3 est cũ consumasset iesus sermones hos omẽs: dixit discipulis suis. Scitis quia post biduũ pascha fiet: τ filius hoĩs tradet vt crucifigat. Tunc cõgregati sunt principes sacerdotũ: τ seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebat cayphas: τ consiliũ fecerunt vt iesum dolo tenerent τ occiderẽt. Dicebant aũt. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cũ aũt esset iesus in bethania in domo simonis leprosi: accessit ad eũ mulier habens alabastrũ vnguẽti p̃ciosi: τ effudit sup caput ipsi⁹ recũbẽtis. Uidẽtes aũt discipuli idignati sunt dicẽtes. Ut q̃d pditio hec? Potuit eni istud venũdari multo: τ dari paupib⁹. Sciẽs aũt iesus: ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Op⁹ eni bonũ opata ẽ i me. Nã sẽp paupes hẽbitis vobiscũ: me aũt nõ sẽp hẽbitis. Mittẽs eni hec vnguẽtũ hoc i corp⁹ meũ ad sepeliẽdũ

me fecit. Amē dico vobis: vbicūqȝ p̄dicatū fuerit
hoc euāgeliū in toto mūdo: dicet̄ ⁊ q̄ hec fecit ī me
moriā ei⁹. Tūc abijt vnus de duodecī q̄ dicebat̄
iudas scarioth ad p̄ncipes sacerdotum: ⁊ ait illis.
Quid vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eum tradā?
At illi cōstituerūt ei trigīta argēteos. Et exinde q̄
rebat oportunitatē vt eum traderet. Prima autē
die azimoꝝ accesserūt discipuli ad iesum: dicētes.
Ubi vis parem⁹ tibi comedere pasca? At iesus
dixit. Ite in ciuitatē ad quendā ⁊ dicite ei. Magi
ster dicit: tēpus meū ꝓpe est: apud te facio pascha
cū discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut con
stituit illis iesus: ⁊ parauerūt pascha. Uespe autē
facto: discūbebat cū duodecim discipulis suis. Et
edentib⁹ illis: dixit. Amē dico vobis: qꝛ vnus vr̄ꝫ
me traditur⁹ est. Et cōtristati valde ceperūt singu
li dicere. Nūquid ego sum dn̄e? At ipse respōdēs
ait. Qui intingit mecū manū in parapside: hic me
tradet. Filius quidē hoīs vadit sicut scriptum est
de illo. Ue aūt homini illi: ꝑ quē fili⁹ hoīs trade
tur. Bonū erat ei: si natus nō fuisset hō ille. Res
pōdens aūt iudas q̄ tradidit eum: dixit. Nūquid
ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenantib⁹ aūt
eis accepit iesus panē ⁊ benedixit: ac fregit: dedit
qȝ discipulis suis ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite: hoc ē
corpus meū. Et accipiēs calicē ꝫ grās egit ⁊ dedit
illis dicens. Bibite ex hoc oēs. Hic est enim san

guis meꝰ noui testamēti: qui ꝑ multis effundetur
in remissionē peccatorū. Dico aūt vobis: non bi-
bam amodo de hoc geniminevitis vsqȝ in diē illū:
cū illud bibā vobiscū nouū in regno pr̄is mei. Et
hymno dicto exierūt in mōtem oliueti. Tūc dicit il
lis iesus. Omnes vos scādalum patiemini in me
ista nocte. Scriptū est eni. Percutiā pastorem: ⁊
dispgent̄ oues gregis. Postq̄ aūt resurrexero: p̄
cedam vos in galileā. Respōdens aūt petrus ait
illi. Et si oīes scandalizati fuerīt in te: ego nunq̄
scandalizabor. Ait illi iesus. Amē dico tibi: quia
in hac nocte antequā gallus cātet: ter me negabis.
Ait illi petrus. Etiā si oportuerit me mori tecum:
nō te negabo. Similiter ⁊ oīes discipuli dixerūt.
Tunc venit iesus cū illis in villā que dr̄ gethsema
ni. Et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec va-
dā illuc ⁊ orem. Et assumpto petro ⁊ duobꝰ filijs
zebedei: cepit cōtristari: ⁊ mestus esse. Tunc ait il
lis. Tristis est aīa mea vsqȝ ad mortez. Sustinete
hic ⁊ vigilate mecū. Et progressus pusillū: ꝓcidit
in faciē suā orans ⁊ dicens. Pater mi: si possibile
est trāseat a me calix iste. Veruntamē nō sicut ego
volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos: ⁊ in
uenit eos dormiētes: ⁊ dicit petro: sic. Non potui-
stis vna hora vigilare mecū? Vigilate ⁊ orate: vt
non intretis in tētationē. Spūs quidē promptus
est: caro aūt infirma. Iterū secundo abijt: ⁊ orauit

dicens. Pater mi: si nō potest hic calix transire nisi bibā illum: fiat voluntas tua. ⁊ venit iterū: ⁊ inuenit eos dormiētes. Erant enī oculi eorū grauati Et relictis illis: iterūt abijt ⁊ orauit tertio eundeꝫ sermonē dicens. Tunc venit ad discipulos suos: ⁊ dixit illis. Dormite iā ⁊ requiescite. Ecce appropinquabit hora: ⁊ filius hoīs tradetur in manus peccatorūꝫ. Surgite eamus. Ecce appropinq̄bit qui me tradet. Adhuc eo loquēte: ecce iudas vnꝰ de duodeci venit: ⁊ cum eo turba multa cū gladijs ⁊ fustibus missi a principibus sacerdotū ⁊ senioribus populi. Qui aūt tradidit eum: dedit illis signū dicens. Quēcūqꝫ osculatus fuero ipse est: tenete eum. Et confestī accedēs ad iesuꝫ dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitqꝫ illi iesus. Amice ad quid venisti? Tūc accesserūt ⁊ manus iniecerūt in iesum ⁊ tenuerunt eū. Et ecce vnus ex his qui erant cū iesu: extendēs manū exemit gladiuꝫ suuꝫ: ⁊ pcutiens seruū principis sacerdotuꝫ: amputauit auriculā eius. Tūc ait illi iesus. Conuerte gladiū tuum in locū suū. Omnes enī qui acceperint gladiū: gladio peribūt. An putas q: nō possum rogare patrē meū: ⁊ exhibebit mihi modo plusq̄ꝫ duodeci legiones angelorū? Quomodo ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit iesus turbis. Tanq̄ꝫ ad latroneꝫ existis cum gladijs ⁊ fustibus comprehēdere me. Quo/

tidie apud vos sedebam docẽs in tẽplo ⁊ nõ me tẽ
nuistis. Hoc aũt totum factum est: vt adimplerẽtᷣ
scripture pphetarũ. Tũc discipuli omnes relicto
eo fugerũt. At illi tenentes iesum: duxerũt ad cay-
pham principem sacerdotuꝫ: vbi scribe ⁊ seniores
cõuenerãt. Petrus aũt sequebatur eum a longe:
vsqꝫ in atriũ principis sacerdotum. Et ingressus
intrõ sedebat cum ministris: vt videret finẽ. Prin
cipes autem sacerdotum ⁊ omne conciliũ q̃rebant
falsum testimoniũ contra iesum vt eum morti tra-
derent: ⁊ nõ inuenerũt: cum multi falsi testes acces-
sissent. Nouissime autẽ venerunt duo falsi testes: ⁊
dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum
dei: ⁊ post triduũ reedificare illud. Et surgẽs prin
ceps sacerdotum: ait illi. Nihil respondes ad ea q̃
isti aduersum te testificantᷣ? Jesus autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te p deuꝫ
viuũ vt tu dicas nobis si tu es xp̃s filius dei. Di-
xit illis Jesus. Tu dixisti. Ueruntamen dico vo-
bis: amodo videbitis filium hominis sedentem
a dextris virtutis dei: ⁊ venienteꝫ in nubibus celi.
Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua
dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus
testibus? Ecce nũc audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur. At illi respondentes dixerũt. Re-
us est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: et
colaphis eum cederunt. Alij autem palmas

In faciẽ eius dederũt dicẽtes: pphetiza nobis xpe. Quis est q̃ te pcussit? Petrus vero sedebat foris in atrio: ⁊ accessit ad eum vna ancilla dicens. Et tu cũ iesu galileo eras. At ille negauit corã omnibus dicens: nescio quid dicis. Exeunte aũt illo ianuaz: vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his q̃ erant ibi. Et hic erat cũ iesu nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramẽto: q2 non noui hoĩem. Et post pusillũ accesserunt qui stabãt: ⁊ dixerunt petro. Uere ⁊ tu ex illis es. Nã ⁊ loquella tua te manifestũ facit. Tunc cepit detestari ⁊ iurare: q2 nõ nouisset hoĩem. Et continuo gallus cãtauit. Et recordat' est petr' verbi iesu qd̃ dixerat: priusq̃ gallus cãtet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Caput. xxvij.

Mane aũt facto conciliũ inierunt oẽs principes sacerdotũ ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderent: ⁊ vinctũ adduxerũt eum ⁊ tradiderũt põtio pilato presidi. Tũc vidẽs iudas q̃ eum tradidit q̃ dãnatus esset: penitentia ductus: retulit trigĩta argenteos pricipibus sacerdotũ ⁊ senioribus dicẽs. Peccaui: tradẽs sanguinem iustũ. At ille dixerũt. Quid ad nos? Tu videris. Et piectis argenteis in tẽplo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspẽdit. Principes aũt sacerdotũ acceptis argenteis dixerũt. Nõ licet eos mittere ĩ corbanã: q2 preciũ sanguinis est. Cõsilio aũt inito emerunt ex illis agrũ figuli in sepulturaz peregri-

norũ: ꝓpter hoc vocat⁹ est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: vsqꝫ in hodiernũ diẽ. Tũc impletũ est qđ dictũ est per hieremiã ꝓphetam dicentẽ. Et acceperunt trigita argẽteos: preciũ appciati: quez appciauerunt a filijs israel: ⁊ dederunt eos in agrũ figuli: sicut cõstituit mihi dñs. Jesus aũt stetit ante presidez: ⁊ interrogauit eum preses dicens. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus. Tu dicis. Et cũ accusaret̃ a principibus sacerdotũ ⁊ senioribus: nihil respõdit. Tũc dicit illi pilat⁹. Nõ audis quãta aduersum te dicunt testimonia: ⁊ non respõdit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehementer. Per diẽ aũt solẽnem cõsueuerat preses populo dimittere vnũ vinctũ quẽ voluissẽt. Habebat aũt tunc victũ insignẽ qui dicebat̃ barrabas. Cõgregatis ergo illis: dixit pilat⁹. Quem vultis dimittã vobis. Barrabã: an Jesum q̃ dicit̃ xp̃s? Sciebat enim ꝙ ꝑ inuidiã tradidissent eum. Sedente autẽ illo ꝓ tribunali: misit ad eum vxor eius dicẽs. Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa enĩ passa sum hodie ꝑ visum ꝓpter eum. Pncipes autẽ sacerdotũ ⁊ seniores ꝑsuaserunt populis vt peterent Barrabã. Jesum vero ꝑderẽt. Respondẽs aũt p̃ses ait illis. Quẽ vultis vobis de duob⁹ dimitti? At illi dixerunt. Barrabã. Dixit illis pilatus. Quid igit̃ faciaꝫ de Jesu q̃ dr̃ xp̃s? Dicunt omnes. Crucifigat̃. Ait illis preses. Quid enim

mali fecit: At illi magis clamabant: dicētes. Crucifigatur. Videns aūt pilatus q2 nihil proficeret sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus corā populo dicēs. Innocens ego sum a sanguine hui⁹ iusti. vos videritis. Et respondēs vniuersus populus: dixit. Sāguis eius sup nos: ⁊ super filios nr̄os. Tunc dimisit illis Barrabā. Jesum autē flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes iesum in p̄torio ɔgregauerūt ad eū vniuersā cohortē: ⁊ exeūtes eum: clamidē coccineā circūdederūt ei. Et plectentes corona d̄ spinis posuerūt sup caput ei⁹: ⁊ harūdinē i dextera ei⁹: ⁊ genu flexo ante eum illudebāt ei dicētes. Aue rex iudeo⁊. Et expuētes in eū acceperunt harūdinē ⁊ percutiebāt caput ei⁹. Et postq̄z illuserunt ei: exuerunt eum clamyde ⁊ induerūt eū vestimentis ei⁹: ⁊ duxerunt eū vt crucifigerēt. Exeuntes autē inuenerūt hominem cyreneū: nomine simonē: hūc angariauerūt vt tolleret crucem eius. Et venerūt in locū qui dicitur golgotha: quod est caluarie locus: ⁊ dederūt ei vinuz bibere cum felle mixtū: ⁊ cū gustasset: noluit bibere. Postq̄ autē crucifixerunt eum: diuiserūt vestimēta eius sortem mittentes: vt impleret̄ quod dictum est p p̄phetā dicentē. Diuiserunt sibi vestimēta mea: ⁊ super vestem meā miserūt sortē: ⁊ sedētes seruabant eu3. ⁊ imposuerūt sup caput eius causam ipsi⁹ scriptā.

Hic est Jesus rex iudeorū. Tunc crucifixi sunt cū
eo duo latrones vnus a dextris et vnus a sinistris.
Pretereuntes autē blasphemabāt eū: mouētes
capita sua et dicentes. Vah qui destruis templū
dei: et i triduo illud reedificas. Salua temetipsū.
Si filius dei es descende de cruce. Similiter et prī
cipes sacerdotū illudētes cū scribis et seniorib9 di
cebant. Alios saluos fecit: seipsum nō pōt saluum
facere. Si rex israel est: descēdat nunc d cruce et cre
dimus ei. Confidit in deo: liberet nunc eum si vult.
Dixit eni: quia filius dei sum. Id ipsum autē et la-
trones qui crucifixi erāt cū eo improperabant ei.
A sexta aūt hora tenebre facte sunt sup vniuersam
terrā vsqz ad horā nonam. Et circa horā nonā cla-
mauit Jesus voce magna dicēs. Hely: hely: lama
Pauli hispali ꝛ totam ꝓuintiam spũaliter ꝛ temporaliter plurimũ decorauit. Floruit etiã frat̃ frãciscus cordubensis episcopus velãdicensis in conuentu sancti Pauli hispalẽsis: vir diuini cultꝰ zelosissimus q̃ desertis omnibus se ꝛ sua ordini restituit ꝛ iam decrepitus verbo vite cum magno fructu indeffese desudat: qui sumã moralẽ composuit: ꝛ notabilia ad predicanduꝫ: ꝛ sermones tã de sctis ꝙ de tempore plures ꝛ optimos. Floruit etiaꝫ soror Maria de sctõ dñico apud villam que dicitur aldea nueua in hispania: de qua stupẽda dicuntur ꝛ a fide dignis audiui ꝙ sacris stigmatibus a multis iam ãnis insignita sit: vnum tamen de ea certuꝫ est ꝙ conuentum sororũ solẽnissimuꝫ ipsa pauper cula fundauit vbi sanctissime virgines numero quasi tercentum deo purissimum exhibent famulatum ꝛ omnes marie appellantur: ꝛ totam illa regionem ad dei cultum apprime duxit. Anno gratie. M.d.xviij. assumpto fratre Thoma caietano ad sumũ cardinalium senatum electus est in magistrum ordinis quinquagesimũ frater Garsias de loaysa prouintialis hispanie vir magne prudẽtie: ꝛ valde doctus qui factus confessor impatoris anno. vij. sue assumptionis ecclesie oxomensi in hispania datus est in pastorem. Hoc tempore pater ioãnes hurtado quosdam conuentus ad modum cõgregationis in mira paupertate ꝛ obseruantia or

dinis in prouintia hispanie fundauit. Floret etiam quidam frater laicus salmantice Matthias nomine mire humilitatis simplicitatis ac paciētie qui per xxx. fere ānos continue fuit in coquina seruādo ordinem in cibo et in aliis. quottidie ad matutinas surgens: qui etiam nesciens legere: quottidie dicit memoriter officiū maius et minus et officiū totū defunctorum. Circa annum salutis Millesimo quingentesimo decimoquarto: diuisa est prouitia Bethica a prouintia hispanie: et ab illo tēpore vsque ad annum M.d.xxiiii. in quo sumus modo: fuerunt in ea tres prouintiales: quorū prior fuit pater Christophorus de guzmā. secundus pater dñicus melgarejo. tertius pater Albertus de las casas: omnes vita et doctrina valde excellētes: qui pro manutētione et promotione regularis vite plurimū desudarunt: et in dicta prouintia apud idos viget ordo sicut viguit in diebus btī dñici.

Interrogatus quidā sanctus pōtifex q̄ esset vita fratrū predicatorum rñdit bene viuere discere et docere. Alius super eodē q̄situs ait. Ordo predicatorū est bonū et perfectū in se esse et alios bonos et perfectos facere. Alius dicit vita horū fratrū est ardere et lucere. ¶ Fratribus euntibus ad capitulū generale adiūctus est in via demō in forma viatoris et q̄rēti quo irent: dixerunt. ad capitulū generale. et quid inquit ibi agetur: responderunt. mittendi sunt predicatores ad talē et talem locum et ordinabitur qualiter saluti

animarũ diligẽtissime ab omnib⁹ intendãt quo au
dito cũ magno eiulatu clamauit demõ. ordo vester
confusio nr̃a est. ¶ Beato Thome orãti apparuit
soror eius sanctissima defuncta: et querẽti de statu
suo an deo placeret: ait. Si perseueraueris saluus
eris: scito tamẽ: ꝙ pauci aut nulli: de ordine tuo dã-
nant. Sed ve nobis patres si i loco sanctoꝝ iniqua
egerimus: quia nõ sunt sanctoꝝ filij qui sanctoꝝ
tenẽt loca: sed qui eoꝝ imittant opa. Quidã etiã
sanct⁹ papa asseruit ꝙ facta sibi certa fide de aliquo
religioso ꝙ plene seruasset cõstitutiões ordinis si
ne testimõio maioris scitatis stati canonizaret illũ.
¶ Ordo predicatorum multas excellentias ha-
bet. Primo qr ipse ex prima sui institutione insti-
tutus est ad p̃dicandũ et ad salutẽ aiarũ: qd fuit
officiũ xp̃i et apl'oꝝ. Secũdo qr ex gr̃a dei null⁹ vnꝙ
ex illo labe heresis est pollut⁹: imo in his q̃ fidei
sunt semp fuit zelosissimus et hac de causa inquisi-
tores cõtra hereticos cõmuniter sunt de ordine p̃-
dicatoꝝ: et magister sacri palacij. Tertio qr est duo
tissimus virgini marie. Unde fratres ipsi virgini
faciũt ꝓfessionẽ: et quottidie solẽnem ꝓcessionẽ p
aĩam Salue. a qua nullus quacunqz occupatio-
ne est excusatus. et horas p Aue maria incipimus:
et terminam⁹. et plura festa p annũ de ipa agimus. et
missaꝫ solẽnes in sabbatis. Quarto qr ab ipa regi
na celi fuit impetratus inuẽtus et habitus dat⁹ no

bis.ab ipsa habem⁹ inuitatoriū.nā cātātib⁹ fratri-
bus matutinas cū cōi inuitatorio:apparuit in me-
dio eoꝝ dicēs. Nō sic fratres mei nō sic:sed regē
ꝟginis filiū.ꝛc. Ab eadē habem⁹ ꝙ post cōplecto
riū aspgimur aq̄ benedicta. ipsa siquidē dña nr̄a
q̄ ordini a dño iesu patrona data ē:illa hora appa-
rens sepe aspgebat fratres; ideo a principio ordo
beate marie dicebat. Itē ab angelis habem⁹ mo-
dum seruiēdi in mēsa:ab inferioribus vsq; ad su-
periores. Quīto q: officiū corpis xp̄i a sancto tho
ma ordinis eiusdē est cōpositū ꝛ festū ipz ad petitio
nē ipsius Urban⁹ instituit. vñ ꝛ ex speciali gr̄a in
signū huius dñica infra octaua ipsius festi fit solē-
nis pcessio in ordine. Sexto q: preciosissime reli-
quie beatissime Magdalene sunt in ordine apud
marsiliā. ꝛ bti Uicētij martyris: ꝛ reges hispanie
cōiter habēt confessores de ipso ordine. Septimo
q: nullus religiosus ordinis pōt diu manere ī mor
tali sub habitu ordinis: sed vel penitebit ꝛ recedet
a peccato vel dimittet habitū. vt reuelauit btā vir-
go cuidā sancto ordinis se impetrasse a dño. Octa
uo q: rosariuz in quo includit tota vita xp̄i tanq̄
filijs sibi charissimis fratrib⁹ predicatorib⁹ predi
candū beatissima virgo cōmisit. quos etiā fratres
suos sepissime vocauit. Nono q: sancti huius or-
dinis canonizati oēs fuerunt doctores. fer uētissi
mi zelatores circa res fidei ꝛ cultū dei ꝛ salutē pri-

mozum:pijssimi ad pauperes τ omnes virgines τ nunq̄ peccarūt moztaliter. baptismalē inocentiaz illibatā conseruantes. Et de beato dn̄ico' credit̄ q̄ in vtero fuerit sanctificat⁹: vnde in infantili etate cepit obsequi deo. Decimo q2 hic vnus ordo omniū religionū excellentias includere videt̄: nā abstinētiā a carnibus: septē mensiū ieiunia. τ contēplationem habet a monachis: p̄dicationē: audientiā confessionū. studiū τ paup̄tatem. τc. perfectionis op̄a habet cum mēdicantibus. Unde de iure comuni cessante omni priuilegio scd̄m multos decretistas ad ipsum de omni alia religione transire possent. Undecimo q2 de ipso plures passi sunt pro domino martyrium τ de quib⁹ noticia habet̄: sūt. Beatus petrus: beatus dn̄icus cumanus: beatus bernardus de rupefozti: beatus frācistus: beatus paganus de pergamo: beatus bartholomeus: btūs garsias de aura: btūs guillerm⁹ tholosan⁹: inquisitozes cōtra hereticos τ alij fere quīgēti. Duodecimo q2 de ip̄o fuerūt multi τ magni doctozes quoz doctrine inherētes a veritatis tramite nō deuiarūt τ triginta fere scripserunt super bibliam τ sup sententias τ de mozalib⁹ τ in artib⁹ innumeri. ¶ Cū ex multitudine τ conuersatione iudeozum τ sarracenozum hispania esset proxima casui τ amissioni fidei et lex moysi quasi publice ab apostatantibus ex iudeis dogmatizaretur. Nec esset inquisitio cō

tra hereticantes: fratres predicatores conuentus sancti Pauli hispalēsis tota virtute ꝓposse apud papam et reges vsq3 a deo institerunt. quod ex diuina misericordia concessa est inquisitio. Circa annum domini Millesimo quattuorcētesimo septuagesimo nono: et creati sunt inquisitores de ordine predicatorum: qui paruo tempore ipsam hispaniā ab hac labe pro magna parte purgarūt. Et primus carcer hereticorum fuit in dicto conuentu inter fratres: et inde primo extrati sunt ad ignē multi heretici et potentes valde q̄ primo reperti sunt non sine euidenti periculo et magno religiosorū. Et postea. Anno. M. cccc.xcij. in fine marcij iudei expulsi sunt ab hispania. Et āno. M.d.ij. in principio februarij sarraceni similiter: et sinagoge eorū in ecclesias consecrate et multi eorum ad fidem conuersi q̄ omnia ex cōcessione inquisitionis orta sunt: ex quo patet quantū res publica hispana et tota ecclesia dicto conuētui scti pauli hispalensis teneat. Predicta omnia intelligo sine preiudicio aliorū ordinū: nā ō quolibet ordie sicut et de quolibet scō vere pōt dici. nō ē iuēt⁹ silis illi q̄ ɔseruaret legē excelsi.

Doctrina sancti Thome fuit approbata p Urbanū. vj. et iniunctū vniuersitati tholosane vt illā sectetur et ampliare nitat. Deinde a stephano episcopo parisiēsi et a tota ipsa vniuersitate et super oīa a xp̄o suma veritate: ipsi scō doctori

orãti sic dicẽte. bene scripsisti de me thoma. τ scõꝫ Innocentiuꝫ in sermone. ecce plusꝙ salomon hic. doctrina hec. pre ceteris est lumie naturalis rõnis examinata igne charitatis inflãmata τ excepta canonica ipsa habet pre aliis ꝓprietatẽ in verbis modum in dicẽdis. ꝓfunditatem in sentẽtiis: qui eam tenuit nunꝙ a veritate deuiauit. qui eã ĩpugnarũt semp fuerunt de veritate suspecti τ ibi totũ inuenies si totã legeris. ¶ Quia ordo predicatoꝝ solitꝰ ẽ scõꝝ doctrie adherere. sustiuit hucusqꝫ opinionẽ btĩ Hieronymi. Augustini. Ambrosij. Bernar. Grego. Bonauẽture τ alioꝝ sctõꝝ doctoꝝ ꝙ btã virgo fuit ɔcepta in originali. sed iã de hoc non est curãdũ: cũ sit materia nullĩꝰ vtilitatis τ valde scãdalosa presertĩ cũ tota fere ecclĩa cuiꝰ vsus τ auctoritas scõꝫ btũꝫ tho. preualet dicto Hierony. τ cuiuscũqꝫ alteriꝰ doctoris iã asserat. ꝙ fuit ꝑseruata. Nec mirũ qꝛ tpe Augustini: tãta q̃stio erat õ assũptione btĩssime virginis: vñ dicit. hõ nõ fingat mẽdaciꝰ aptũ: qð voluit deꝰ manere occultũ τ tñ iam vlr tenet ecclĩa ꝙ sit assumpta in corpe τ aĩa. τ oppositũ nullũ auderet iaꝫ opinari. Aduerte ꝙ cum actꝰ matrimonialis exercitꝰ in charitate: maxime a sanctis vxoratis q̃les erãt parẽtes virginis: sit meritorius τ sctũs. scõm vtrãqꝫ opinionem pleno ore dici debet. ꝙ cõceptio virginis bñdictissime q̃ talẽ actũ importat fuit sanctissima τ purissima.

¶ Gratie notabiles quib⁹ gaudēt persone ordinis predicatorū vtriusqꝫ sexꝰ etiam tertiare.

Eugenius.iiij. Cōfessores nostri qui sunt ī itinere vel alibi ita q̄ nō pōt cōmode petere casus epāles: eo casu pōt vti plenarie auctoritate epāli.
¶ Alexāder.iiij. ¶ Fratres nr̄i pōt concedere suis auditoribus in sermonibus indulgentiam.xl. dierū. Itē recipiētes nos ad hospitiū: vel faciētes nobis elemosynas: habēt indulgētiā.xl. annorū.
¶ Gregori⁹.ix. ¶ Audiētes sermōes nostros habent.xv.annos indulgentie.
¶ Calixtus.iij. ¶ Fratres nr̄i laici possunt tāgere calices ꝛ lauare corporalia.
¶ Innocēti⁹.viij. ¶ Sacerdotes nr̄i celebrantes in dieb⁹ dn̄icis ꝛ in festis dn̄i nr̄i iesu xp̄i: vel in festis btē virginis: vel sanctoꝝ ordinis: vel in festis que seruantur a populo: vel cōmunicantes in his diebus habent indulgentiam plenariam.
¶ Sixtus.iiij. ¶ Moniales ordinis possunt lauare corpalia dū modo sint prius lota a fratrib⁹. Itē in receptione cuiuslibet habitus ordinis ꝛ in die obitus habēt religiosi nr̄i indulgētiā plenariā. Itē om̄es sacerdotes nr̄i possunt bn̄dicere om̄ia

indumenta ad missam: ꝛ solus prouintialis vel vi/carius generalis possunt benedicere corpalia.
¶ Item ꝙ priores cõuẽtuales possunt absoluere fratres suos ꝛ alios ad se veniẽtes a quacũqꝫ excõmunicatione: ꝛ dispẽsare super irregularitate: nisi esset talis ꝑpter quã sedes aplica esset consulẽda: casus aũt ꝑpter quos sedes aplica est consulenda sunt. heresis relapsus: scisma: falsificatio litteraruꝫ aplicarũ: ꝛ delatio ꝓhibitorũ ad ĩfideles: ꝛ ab his quatter in ãno possumus absolui per confessores deputatos a prelatis vt videbit̃ infra. Itẽ priores cõuentuales ꝓuintie hispanie: lõbardie: ꝛ bethice: possunt absoluere fratres suos ab omnib⁹ a qui/bus potest magister ordinis in toto ordine.
¶ Julius. ij. ¶ Sacerdotibus oĩbus ordi/nis licet ministrare eucharistiam quibuscunqꝫ: ex/cepto die resurrectionis.
¶ Leo decim⁹. ¶ Dicentes quinquies pr nr cũ aue maria in ecclesijs nr̃is habemus omnẽ idul gentiã ꝛ gratiam factam cuicũqꝫ loco vel ecclesie. Itẽ tẽpore cessationis a diuinis licet dicere horas in cõmuni ꝛ missam vnã cõuentualẽ ꝛ põt quilibet sacerdos celebrare cum vno vel duobus adiutori/bus ꝛ possunt fratr es ad inuicem recitare.
Et tpe cessationis a diuinis vel alteri⁹ iterdicti li/cet celebrare festa sctõrũ ordinis cũ octauis etiaꝫ si transferantur: vel solum fiat memoria de ipsis.

¶ Item cocessit nobis omnia priuilegia concessa et concedenda omnibus et singulis mendicantibus vel monialibus sancte clare: minimis et seruitis et quibuscunque aliis religiosis. Item quod dicendo officium defunctorum vel .ps. penitentie: vel coronam que est septuagita et duo aue maria habeamus indulgentiam plenariam.
¶ Item quod liceat celebrare sub toto duplici festa sanctorum in quorum honore locorum nostrorum ecclesie sunt dedicate: quamuis aliter sit in nostro ordinario.
¶ Item quod prouintiales ordinis nostri visitantes: finita visitatione possint cocedere fratribus vel monialibus vel tertiariis obite visitatis indulgentiam plenariam.
¶ Item quod fratres itinerantes possint transferre ieiunium diei itinerationis ad alium diem.
¶ Item quod fratres scrupulosi in dubiis suis possint secura conscientia stare determinationi sui prelati cuiuscunque. ¶ Item quod quando comittuntur nobis misse de sancto amatore vel alie determinate cum certis candelis: vel quod non discontinuentur satis fiat illis dicendo missas ad quas magis dispositi erimus.
¶ Item quod liceat nobis quatter in anno absolui per confessores deputatos a quacunque transgressione regule et preceptorum: quorumcunque et a votis quibuscunque factis: exceptis votis substancialibus. Dummodo nullus sub spe huius gratie peccet. Et quod confessores nostri possint nos absoluere saltem quatter in anno tanta plenitudine quanta possit summus pontifex.

⁊ restituere nos inocentie baptismali ⁊ ꝙ qui sub spe huius peccauerit in nullo sibi suffragetur.

¶ Itē ꝙ legata vel donata nobis ad certum vsuꝫ possint prelati cōuertere ad alium vsum si non sequatur scandalum. ¶ Itē ꝙ dicentes horas per librum consequant̄ remissionē medie partis peccatorum cōmissorū illo die. ¶ Itē ꝙ in festo sancte Catherine martyris possimus plenarie absolui et consequamur indulgentiam plenariam.

¶ Itē ꝙ tā fratres ꝙ̄ seculares dicentes ꝗ̄ndecim pater noster ⁊ totidem aue maria: pro existentibus in mortali consequātur remissionem tertie partis suorum peccatorū tociens quociens dixerint.

¶ Itē ꝙ quando sumus extra monasteriū et non est copia confessoris ordinis liceat cōfiteri cuicūqꝫ dū modo hoc fiat sine fraude ⁊ dicat̄ postea ꝑlato.

¶ Itē ꝙ indulgentie quas habemus pro viuis: possimꝰ applicare defunctis per moduꝫ suffragij.

¶ Itē osculantes habitum ordinis consequunt̄ quinqꝫ annos ⁊ totidem quadragenas de iniūctis penitētijs. ¶ Itē ꝙ liceat nobis alienare bona immobilia de licentia prouintialis ⁊ assensu maioris partis conuentus dum modo preciū expendat̄ ad emendū bona vtiliora eisdem monasterijs.

¶ Itē ꝙ tempore interdicti non teneamur euitare laborantes in domibus nostris etiā si non sint familiares nostri ⁊ eis detur salarium.

¶ Item ꝙ tempore interdicti liceat ministrare sa cramēta omnia nr̄is seruitoribus ⁊ sepelire eos: et tam ipsi ꝙ̄ procuratores nr̄i ⁊ operarij qui perso naliter insistunt nostris operibus ⁊ continuo pos sint audire diuina in locis nostris.

¶ Itē licet nobis dicere solum mentaliter aut le gendo intra se per librum ea q̄ iubentur dici secre te tam in horis ꝙ̄ in missa: ⁊ idem quando quis ꝑ se recitat. ¶ Itē ꝙ per bullam cruciate vel aliam quācūqȝ concessionem non reuocant̄ nostra priui legia: nisi fiat specialis mentio de nostris: ⁊ ꝙ fra tres nostri non gaudeant quacūqȝ bulla: maxime quo ad clausulam de eligēdo confessorē: sub pena excōmunicationis late sentencie.

¶ Item ꝙ infirmi ad arbitrium presidētis sui si ue sit prelatus: siue alius quando medicus dixerit esse nociuum infirmo dicere horas si medicus pōt cōmode haberi nō teneant̄ illas dicere sed satisfa ciant dicendo aliquos psalmos vel pater noster: prout dictus presidens iudicauerit.

¶ Item ꝙ in absoluēdo excōmunicatos nō tenea mur dicere. ps. nec flagellare ⁊ similia.

¶ Item declarauit ꝙ quāuis in bullis dicatur ꝙ mendicantes possint illis gaudere ꝙ hoc nō intel ligit̄ nisi cum licētia sui prelati ⁊ ꝙ aliter nulli reli gio so liceat illam accipere: nec acceptis gaudere. et hoc poti⁹ ē iterp̄tatio iuris cōmūis ꝙ̄ priuilegiū.

¶ Item ꝙ generalis seu prouintialis vel vicarij

possint determinare (z si res magni pōderis sit) cū consilio aliquorum patrū in quibuscunqz dubijs z scrupulis tangentibus cōsciētias subdictorum auctoritate apostolica z subditi eorum determinationi stare debeant. ¶ Item q̄ sufficiat secularibus ad habendam indulgētiam q̄ petant habitū z eum super se habeāt z in eo sepeliantur: z q̄ non teneanť illum indui ante mortem.
¶ Item q̄ faciētes violētiam in locis nostris: vel infringētes possint absolui a prelatis nostris.
¶ Itē q̄ possit prouītialis instituere de cōsilio diffinitorum duos vel tres frates qui possint instituere chalendarium pro toto āno cum regulis necessarijs: z q̄ omnes de prouintia faciāt officiū sicut ipsi ordinauerit: siue de sancto siue de feria.
¶ Item q̄ liceat facere officium de angelo custode z de sancto raphaele in die qua per prouintiale capitulū ordinetur. ¶ Item q̄ nō tenemur dare decimas de terris nr̄is etiam si nō colanť per nos sed per colonos. ¶ Item q̄ liceat nobis accipe ecclesias z loca de nouo. ¶ Item q̄ liceat generali vel prouintiali vel eorum vicarijs benedicere ecclesias cimiteria z oratoria nostra: z recōciliare. si sanguinis effusione vel seminis pollui cōtigerit: aqua per quēcūqz episcopum benedicta.
¶ Item q̄ liceat audire confessiones quarūcūqz personarum.

¶ Item q liceat nobis sepelire fratres nostros in ecclesijs nostris decedētes tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi pulsatis campanis et cū missa: ac si nō esset interdictū.

¶ Item q dicendo sex pater noster cum totidem aue maria: et in fine cuiuslibet Gloria patri: cōsequamur omnes indulgētias que sunt rome et in hierusalem: et apud sanctū iacobum in compostella quacūqz hora diei vel noctis: et quocūqz loco dicātur.

¶ Et nota q inter magnas indulgētias que sunt hierosolymis in ecclesia sancti sepulchri est quottidie indulgētia liberationis vnius anime a purgatorio. Ideo caue ne omittas quottidie dicere predicta sex pater noster et aue maria.

¶ Item infirmi nostri et alij fratres valde senes cōsequuntur indulgentiam quam habent dicentes coronā beate virginis: si ipsi dicāt vnum psalmus vel hymnum beate virginis.

¶ Item Vrbanus.iiij.cōcessit q fratres euntes ad terras infideliū gratia cōuersionis eorū possint si sunt sacerdotes promouere ad ordinem clericalē et ad accolitatum ipsos infideles cōuersos ab eis: et dispensare cum irregularibus sicut solent legati apostolici: et absoluere excōmunicatos a quacūqz excommunicatione etiam pape reseruata satisfacta parte et fundare ecclesias et cimiteria benedicere et recōciliare si polluāt: et quasi facit ipos episcopos

quo ad iurisditionem. ¶ Item nõ tenemur euitare excõmunicatos etiam nominati: nisi quãdo cõmuniter euitantur a clero et populo.

¶ Item omitẽtes aliquid de diuino officio et qualitercunqz illud dicãt dũ modo non fiat ex malicia satisfaciãt et pro supplemẽto omissi dicant aliquem psal'. Horũ omniũ vidit scripturã auctẽticã qui scripsit hec ad laudem dñi nostri in cõuentu patrũ minorũ hispali. ¶ Quidã religiosus doctus tenuit has conclusiones tanquã verissimas: quarũ prior est. Quilibet frater ordinis mẽdicãtiũ preserti ordinis predicatorũ vel minorũ sanus et fortis ducẽs ordinarie vitã carnalem in cibo et potu est in malo statu: quia talis vita est phibita religiosis maxime mẽdicantib' ratione voti stricte paupertatis: cui talis vita opponitur de directo. Secunda ẽ qz talis vita est nimis preiudicatiua castitatis ac ceterarum virtutũ et dispositiua ad inmunde celebrandum nam ex gula procedit inmundicia. Tertia est qz talis male edificat primũ imo scãdalizat cui datus est in exemplum et horret penitẽtiam quaz vouit profitendo strictum ordinẽ penitentie precipue qz secundũ Augustinuz. vita xpiani si secundum euangelium viuat crux debet esse et penitentia.

¶ Eugeni'. iiij. cõcessit fratres obseruantes posse absolui a confessore per eos electo de licentia suorũ prelatorũ semel ab omnib' cẽsuris et penis; excepto

crimine falsificationis litterarum apostolicarum. xxiij. Julij. Anno. M.cccc.xxxiiij.

¶ Sapientie.v.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerũt: ⁊ qui abstulerũt labores eoꝝ: videtes turbabunẽ timore horribili: ⁊ mirabunẽ in subitatione insperate salutis gementes pre angustia spũs dicẽtes intra se: penitentiã agentes: ⁊ pre angustia spiritus gemẽtes. Hi sunt quos habuimus aliqñ in derisum ⁊ in similitudinẽ improperij: nos insensati vitã illoꝝ estimabamꝰ insaniã: ⁊ finem illoꝝ sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei: ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est. Ergo errauimus a via veritatis: ⁊ iustitie lumẽ non luxit nobis: ⁊ sol intelligentie nõ est ortꝰ nobis. Lassati sumus in via iniquitatis ⁊ pditionis: ⁊ ambulauimus vias difficiles viã autẽ dñi ignorauimus. Quid nobis pfuit supbia: aut diuitiarũ iactantia qd ptulit nobis: Trãsierũt oĩa illa tanquã vmbra ⁊ tanquã nũcius precurrẽs.

¶ Thobie.iiij.

Cum putaret thobias se morti vicinũ vocauit filiũ suũ ⁊ ait illi. Audi fili mi verba oris mei ⁊ ea quasi fundamẽtũ in corde tuo pone. Cũ acceperit deus aiam meã sepeli corpus meũ: ⁊ honora matrẽ tuã omnibus diebus vite sue. Memẽto quot pericula pro te passa est. Cũ ipsa compleue

rit tẽpus vite sue: sepeli eam iuxta me. semper imẽ te habeto deũ & caue ne quãdo consentias peccato & pretermittas precepta dei tui. Ex tua substantia fac elemosynã: & nõ auertas faciez ab vllo paupe. et ita fiet vt non auertatur a te facies dñi. Quãtũ potueris esto misericors: si multum tibi fuerit abundanter tribue. si parũ etiam ipsum exiguum in partiri stude. Primũ enim bonuz tibi thesaurizas in die necessitatis. quia elemosyna ab omni peccato & a morte liberat & nõ patietur animã ire i tenebras. Fiducia magna corã summo deo est elemosyna: faciẽtibus eam. Attẽde tibi fili ab omni fornicatione & preter vxorẽ tuam nõ patiaris crimẽ scire. supbiaz in tuo sensu aut verbo nunquã dñari pmittas. In ipsa eni initiũ sumpsit oĩs pditio. Quicũq; tibi aliquot fuerit opatus ſtati redde illi mercedem. et merces mercenarij tui apud te omnino nõ maneat quod ab alio tibi oderis fieri: nulli facias. panẽ tuum cum egenis comede: de vestimẽtis tuis nudos tege: panẽ tuũ & vinũ sup sepulturã iusti cõstitue et nolli bibere cũ peccatoribus. Cõsilium a sapientibus semp perquire: omni tpe benedic dñm & pete ab eo vt vias tuas dirigat & oĩa cõsilia tua in ipo permaneãt. Nolli timere fili mi: pauperẽ quidem vitam gerimus sed bona multa habebimus si timuerimus deum & recesserim⁹ a malo & bene egerimus.

Ordinis predicatorū.

Lex xpi q̄ fuit spūs ꝛ vita legis veteris ꝛ natu re durauit. M.cccc.xcij. et durabit ad finē seculi. Lex aūt vet⁹ durauit. M.ccc.xc.ānis: nam ab egressu egypti vsqꝫ ad initiū edificationis tēpli salomonis fluxerūt.cccc.lxxx. āni ꝛ edificatū ē.vij. ānis ꝛ durauit.cccc.x.quo destructo captiui ducti sunt iudei in babilonē: vbi fuerūt.lxx.ānis.post captiuitatē edificatū est tēplū secūdū.xlvj.ānis: ꝛ durauit.cccc.xx.ānis a quibus subtrahendi sunt.xlij. āni q̄bus durauit post mortē dn̄i. ¶ Gregorius.

¶ Ideo de⁹ voluit nobis latere finē nr̄m vt dum semp ignorat̄: semp ꝓximus esse credat̄. vt dn̄i incerti sum⁹ q̄n moriamur semp sim⁹ ad mortē parati. ¶ Bernard⁹. ¶ Nō interrogaberis in iudicio quid legisti sed quid egisti: ꝛ melius est sanctam rusticitatem habere q̄ eloquentiam peccatricem.

¶ Casus reseruati cōmunit̄ prelatis in religionē sunt.trāsgressiones votoꝝ sicut qui facit ꝯtra preceptū: qui dat vel accipit sine licētia explicita vel implicita: seu qui occultat aliq̄d ꝑlato: ꝛ qui luxuriat̄, cū secunda persona subsecuta pollutione.

¶ In tota sacra scriptura sunt. M.cxcviij.capitula: quoꝝ duo cū dimidio tractant de mūdi creatione.cetera spectant ad mūdi reparationē que facta est per Christum.cui honor ꝛ gloria in secula seculorum. Amen.

Anſel. O femīa plēa ꝛ ſupplena gr̃a d cui⁹ plenitudinis redūdācia reſpſa reſultat oīs creatura.



Explicit manuale fratrum predicatorum. Impreſſum Hiſpali ꝑ honorabilē virum Joānem varela a ſalmantica.

Secūda pars manualis.



Ciendū ꝙ multi fuerunt translatores biblie quia ante incarnationē dñi annis. ccc: xlj. tpe Ptolomei philadelphi regis egypti. lxx. interpretes floruerunt qui legē ꝓphetas hoc pacto transtulerunt. Ptolome⁹ studiosus percipiens apud iudeos legē esse ore dei editam ꝛ digito eius scriptam: missis epistolis rogauit eleazarū pōtificē iudeoꝝ viros seniores hebraice ac grece ligue doctos ad se dirigeret qui interpretari ꝛ trāsferre valerent legem dei israel in grecū: vt eam arciuis regijs insererent. Eleazarus aūt annuens ei⁹ petitioni de vnaquaqꝫ tribu sex legisperitos destinauit hi sunt. lxxij. interpretes: qui licet. lxxij. fuerint more sacre scripture cōmuniter. lxx. dicūt. qui venientes ad regē Pentatheucū ꝛ ꝓphetas transferētes corā rege de vno deo colēdo disputauerūt ꝛ ꝙ nulla creatura esset deus inde est ꝙ vbicunqꝫ occurrebat eis in transferendo de trinitate vel subsilētio preteribant: vel sub enigmate trāstulerunt. ne tres deos colendos tradidisse viderent. Similiter de incarnatione verbi facientes: vnde translatio. lxx. interpretū qñqꝫ est superflua qñqꝫ

diminuta post incarnationem autem dñi annis. cxxiiij. quidã iudeus aquila nomine ad fidẽ cõuer sus sʒ postea in heresim lapsus prim⁹ interpres fecit aliã trãslationem de hebraico in grecum tẽpore Adriani impatoris. Deide post ãnos. liiij. Theodociõ fecit tertiã trãslationẽ. Deide post. xxx. ãnos Simacus interpres claruit. Deide post. vij. ãnos hierosolimis inuẽta est quedã translatio cuius auctor ignoratur: q̃ dicta est translatio vulgata vel. v. editio. Deide post. xviij. annos supuenit origenes videns predictas translationes imꝑfectas cepit castigare translationeʒ. lxx. interpretũ ꝑ dictas alias posteriores translationes: vel secundũ alios solam theodotionis translationẽ inmiscuit supplens diminuta ⁊ resecans supflua vbicunqʒ aũt aliq̃d addidit. lxx. intepretũ translationi ex alioꝝ tranlationibus notabat illũ passum asterisco hoc est forma astri insinuãs ꝑ talẽ additioneʒ elucescere q̃ prius deerãt. vbi vero erat supfluum apponebat obeluʒ obelos eniʒ grece latine sagitta dr̃ significans per hoc lr̃am ibi supfluisse. post hec idẽ origenes sextã ⁊ septimã trãslationẽ repperit rursus quidã volentes habere simul p̃dictas trãslationes: scribebant eas om̃es in quolibet folio libri. Et dicebãtur p̃dicti codices hexapla q̃si liber hñs sex translationes. Iterũ alij fecerũt alias trãslationes. nouissime supueniẽs btũs Hiero. plenissime a teneris ãnis in latina greca ⁊ hebraica linguis erudit⁹ primo corre

rit trāslationē.lxx.interptūꝫ. Deide trāstulit bibliā ð hebraico imediate i latinū ꝛ hac trāslatiōe vbiqꝫ vtitur modo ecclīa romana.quāuis nō in omnib⁹ libris q̄ merito ceteris antefertur.cuꝫ sit fidelior et clarior comēdat aūt ꝛ p̄fert alijs btūs Augu.trāslationē.lxx.interptū:vt patet.xviij.de ciui.cap.xliij. vbi ait.spūs q̄ in pphetis erat q̄n illa dixerūt. ideꝫ erat in.lxx.viris quādo illa interpretati sunt.

Notandum q̄ duplr aliq̄ veritas pōt manifestari.s.vbis ꝛ reb⁹ inquātū verba res signi ficāt ꝛ vna res aliā sicut ram⁹ ante tabernā est signū vini venalis ꝛ vn⁹ pile⁹ pileoꝝ vēdibiliū. de⁹ autē cū sit oīs vlis actor res ipas accōmodare pōt vlr ꝛ a sua istitutiōe pma vt sint aliaꝝ reruꝫ signa. Ideo scōm doctores oēs sensus sacre scripture ad.iiij.reducūtur:q̄ sunt lrālis.allegoric⁹.moralis ꝛ anagogic⁹.lrālis dr̄ q̄ ab ipa lr̄a ꝛ vocib⁹ imediate sumitur.vel quē auctor scripture itendit imediate p voces q̄ est duplex.s.ppri⁹ q̄ p voces pprie significatur ꝛ iproprí⁹ quo figuratiue ꝛ metaphorice aliq̄d significat̄ vt pabolic⁹.et pōt aliq̄n eadē lr̄a plures sensus lrāles hr̄e.vt illð palipo.ego ero illi in p̄reꝫ ad lr̄am dr̄ ð salomone ꝛ ð xp̄o scōm apl̄z hebre.j.

¶ Sēsus allegoric⁹ est quo vnuꝫ dr̄ ꝛ alið significat̄.vt illð poete.claudite iā riuos pueri sat prata biberūt.i.finite satis cātastis ꝛ q̄n allegoria ista fit vbis ptinet ad sēsū lrālē.q̄n āt reb⁹ ad spūalē. sic vēditio ioseph significauit vēditionē xp̄i.ꝛ ea q̄ſie b āt

in veteri lege signabāt ea que fiunt in noua. ¶ Sē-
sus moralis ē qñ id qđ dr̄ ad mores trahitur. scđꝫ
quem per res signatur quid sit opandū. sicut illud
qđ dr̄ Joan. vij. ambulabat iesus i galilea ⁊ nolle-
bat in iudea ambulare sic moralizatur. Jesus in-
terp̄tatur saluator ⁊ significat moralr̄ illū qui se ⁊
alios q̄rit saluare. Galilea interpretatur rota ⁊ si-
gnificat tribulationes huiꝰ vite sed iudea q̄ dicit
glorificatio signat adulationes. moraliter ergo q̄
vult saluari i galilea potiꝰ ꝙ in iudea debet ambu
lare quia securiꝰ viuitur in laboribus ꝙ in p̄speri
tatibus. ¶ Anagogicus interp̄tatur sermo de su
pernis. Exēplum omniū pōt sumi in hac dictione
hierl'm: q̄ i sensu litterali significat vrbē q̄ fuit sedes
regni iudeorū. i sensu morali significat aīaꝫ: in quo
sensu dicitur Esa. lij. consurge sede hierusaleꝫ. alle
gorice significat ecclīā militantē: i quo sēsu dicitur
Apocal. xxj. vidi ciuitatē sanctā hierusalē descēdē
tē d̄ celo. sed anagogice significat ecclesiā triūphā
tem: in quo sensu dr̄ Gala. iiij. q̄ sursum est hierusa
lē mater nr̄a libera est versus. ¶ Littera gesta do
cet. q̄d credas allegoria: moralis quid agas: cōtē-
das anagogia. Et nota ꝙ qñ id qđ pertinet ad mo
res imediate p voces ipsas signatur ille sensus lit-
teralis dicitur ꝑprie ⁊ nō moralis ⁊ idē dic de ali-
is: nec pōt quilibet passus sacre scripture scđꝫ oēs
sensus exponi sed aliqñ potest exponi. iiij. aliqñ
tribus: aliqñ vno tm̄ vnde duo precepta charitatis

et que tradunt per modum precepti in scriptura vel per modū consilij et epl'e Pauli solo sensu l'rali secundū theologos sunt exponibilia proprie. et scd'm Hiero. qn̄ historia aut impossibilitatē aut turpitudinem cōtinet ad altiora transmittimur. i. ad sensum misticū. et Grego. cū ordo historie d'ficit sese nobis intellectus mistic⁹ quasi aptis ianuis ostendit q̄le est illud. iij. regū primo: q̄ram⁹ dn̄o regi adolescentulā virginē q̄ calefaciat illū. ¶ Omnes libri canonici iā dicūtur agiographi: apocriphi aūt dicūtur quorum origo et auctor ignoratur et quāuis ibi sint aliqua vera nō habētur in auctoritate propter aliqua dubia vel min⁹ probabilia q̄ in ipsis reperiūtur dupl'r tn̄ aliquis liber d'r apocriphus vel quia et si indubiā contineat veritatē auctor tn̄ eius nescit' et talē recipit Eccl'ia. Scd'o d'r apocriph⁹ q2 plenā veritatē nō habet et licet tales libros legere nō vetet eccl'ia cauti⁹ tn̄ ē dimittere taliū studiū.

Utrū sit vtile ecclesie trāslationi scripturarū opam dare. Pro respōsione sciēdū q̄ pfida iudeorum ac infidelis gens post impijssimā acerbissimāq3 dei et hoīs xp̄i eis i lege pmissi crucifixionē. p vniuersum orbē disp'sa est et in seruitutē redacta: in penā perpetrati facinoris. scd'm q̄ p̄res eorum pilato dixerunt sanguis ei⁹ sup nos et sup filios nostros. Jta vt nullus sit eis sub celo loco refugi et vbi libere viuant semp tn̄ in sua pertinacia psistentes nec penis attriti xp̄m veruz deū et messiam per

prophetas .pmissum: cōfitentur sed purum hominem magum atqꝫ maleficum qua de re originali ac ptotipa omnia per que notum fiebat ipsum fuisse christum. deprauarunt ⁊ vitiarunt. Secūdo sciendum ꝙ in humano genere quattuor sunt potiores ac principales lingue greca. s. hebraica: caldaica que hebree multum est affinis ⁊ latina. e quibus sola latina plene sub iugo christi ac ecclesie ōgit: ceteris omnibus in infidelitate remanētibus vel in scismate diuisis ab vnitate ecclesie his suppositis respōdetur ꝙ periculosissimum est hoc tempore vacare translationi scripturarū de hebraico caldaico siue greco sermone in latinuꝫ: ⁊ ad illorum originalia et exemplaria velle latinam translationem corrigere. nec tale quid esset ab ecclesia tollerandū. probatur primo sic in primitiua eccl'ia exēplaria hebraica caldaica et greca nondum erāt deprauata propter recentiam aduentus christi. ⁊ qꝛ multi peritissimi in lingua illa vt paulus mathias ⁊ alij conuersi sunt ad fidē christi. ergo sequitur ꝙ translatio tunc facta fuit verissima quippe que cōformis erat exemplari verissimo ⁊ incorrupto. Itē cum in primitiua ecclesia capita ⁊ cetera mēbra ecclesie plurimū pollerēt vita ⁊ doctrina vt pote que velut fundamēta ecclesie nascētis iaciebātur adeo. nimia diligētissimaqꝫ cura facta fuit translatio ab ipā vl'r acceptata. ita vt nec in apice vel iota vno discreparet a vero prothotipo: nec ē credibile

ecclesiam suam in casu tante necessitatis. xp̄m qui est sapientia patris lux et veritas increata deseruis-se vt falsa acceptaret pro veris vnde pateret irri-sioni et subsanationi infideliū si nō sicut erat in ip-sorum veris exemplaribus transtulisset. Item de btō Hieronymo qui fuit princeps interpretum le-gitur q᷑ ab ipsa sua infantia litteris hebraicis gre-cis ac latinis fuit plenissime eruditus et q᷑ vacauit incessanter cū multis in eisdem linguis valde peri-tis sibi coniunctis. translationi ac emēdationi scri-pturarum p̄ quadragita annos: nec est probabile hominē sanctissimū viuacissimi ingenij ac tenacis-sime memorie in re tangēte totā ecclesiam potuisse decipi: maxime cum isti q̄ nunc vacant his transla-tionibus nō vacauerit illis linguis plene p̄ quiq̄-nium saltē. Itē in p̄gressu ecclesie doctissimi ple-riq; in iudaismo conuersi sunt ad fidē xp̄i p̄batissi mi vita et scientia: vt Nicolaus de lira. paulꝰ bur-gensis et alij non pauci qui toto conamine sacram scripturam explanare ac concordare non cessarūt. Item in materna lingua vix aliquis reperitur qui plene eam caleat: quāto magis in lingua extera cui pauco tempore insudauit: verum est q᷑ vbicunq; reperitur vitium in libris veteris testamenti recur rendum esset ad prototipa iudeorum sicubi incor-rupta reperirentur quod mihi pro nūc impossibi le videtur cum ipsi post christū varijs modis eam

corruperit quia vetus testamētū primo in hebreo scriptū est. Si aūt hoc accidat in libris noui testamēti attendēdū foret ad exemplaria grecoꝝ q2 illud primo in greco fuit traditū preter euāgelium Matthei ꝛ eplām Pauli ad hebreos: sed greci etiā iā pene vlr degeneres facti sunt ꝛ vitiata volumina habēt scito etiā ꝙ scōm btūm Augusti. xviij de ciui. cap. xliij. hebrei preferūt interp̄tationē sacre scripture beati Hieroni. translationi. lxx. interpretum ꝛ appellant illum virum veracem.

Secundū Augu. oēs euāgeliste scripserunt in greco preter Mattheū qui scripsit in hebreo. Quidā tn̄ dicūt ꝙ Matthe⁹ primo scripsit in hebreo sed postea cū veniret ethiopiā causa p̄dicādi cōuertit iterū illud in grecū ꝛ sic fuerūt duo exēplaria matthei hebreū. s. ꝛ grecū. sed Hiero. d̄ illustribus viris caplo de mattheo dicit hoc esse dubiū nā originale matthei hebreū inueniebat̄ tpe suo i bibliotheca cesariēsi quā pamphilus martyr cōgregauit grecū aūt dicit se nō vidisse. de btō luca haud dubiū est ꝙ in greco scripserit cum fuerit greci sermonis peritissimus ꝛ in grecia in partib⁹ s. boetie ꝛ achaie scripserit vt tradit Hieronymus ꝛ idem videtur de Joāne quia ipse tunc erat ephesi que nūc pertinent ad terram teucrorū in asia minori ꝛ tota illa terra sequebatur idioma grecū maxime inter peritos sicut modo etiam fit: nam nō solum ibi que est terra satis cōiuncta grecie sed etiā

in tota siria ꝛ palestina egypto ꝛ Alexandria oēs
christiani periti in greco scribūt: ꝛ in greco sacros
libros habēt: de solo Marco videtur esse ambi-
guum cū ipse in italia esset cū beato petro ꝛ sic vi-
det verisimile ipsum in latino tradidisse sed sentē-
tia Hierony. ꝛ Augusti. vbi supra probabiliorē:
ꝙ videlicet in greco scripserit primo quia beatus
Marcus forte nō erat ita instructus in lingua lati-
na sicut in greca quia creditur ipsum conuersatum
ac nutritū in grecia quāuis exploratū nō sit vbi sit
natus vel vnde fuerit oriundus nec obstat ꝙ apl'i
ꝛ discipuli erāt docti in omnibus liguis quia pos-
set dici ꝙ tpe quo aduenit spūssanct⁹ sup ecclesiam
in linguis igneis nō erat ibi marcus quia nondū
erat cōuersus secundū aliquos: vel dicatur ꝙ quā
uis essent docti in omnibus liguis cōmuniter scri-
bebāt in ligua in qua nutriti ꝛ humanitus instru-
cti erāt ne viderēt sine causa vti grā. Secūdo pōt
dici ipsum in greco scripsisse ꝑpter maiorē ecclesie
vtilitatē: nā maior pars xp̄i ꝛ fere tota eccl'ia tēpo
re apostolorū erat apud grecos. quod patet ex nu
mero epistolarū pauli nam. xiiij. scripsit ꝛ p̄ter du-
as ad Timotheū ꝛ vnā ad Titū ꝛ aliam philemo
nis qui fuerūt persone singulares: relique decem
fuerunt ad ecclesias. quarum vna solū fuit latino-
rum. s. ad Romanos ꝛ vnica hebreoꝝ residue ve
ro octo fuerunt grecoꝝ: vt ergo magis cōmunica-
retur doctrina sua scripsit in lingua in qua erat ma

cor pars ecclesie. Tertio factum est quia marcus scripsit euāgeliū antequam mitteretur alexādriā et forte iam sciebat quod petrus vellet eum illuc mittere et intēdebat euāgeliū secū ferre. et quia alexādria et tota egiptus sequabatur linguā grecā quātū ad viros peritos. scripsit in greco vt proficeret gēti ad quā ibat. ¶ Sciēdum quod .vij. sunt claues seu regule ad intelligēdū sacram scripturā. prout tradit Isidorus de sumo bono: et beatus Augu. in lib. de doctrina christiana.

¶ Prima est de dn̄o nr̄o iesu. et de corpore eius mistico quod ē ecclesia. quia propter cōnexionē capitis ad corpus sacra scriptura sub vno cōtextu quasi sub eadem persona aliquando loquitur de vtroque: transiēs de vno ad aliud. verbi gratia Isa. lxj. induit me vestimentis salutis quasi sponsum decoratum corona. et quasi spōsam ornatā monilibus suis. quod enim dicit. quasi spōsum loquitur de xp̄o. et quod sequitur intelligitur de ecclesia similiter quod dicitur in ps. Deus deus meus respice in me lōge a salute mea verba delictorum meorum. Primū dicitur de xp̄o ipse. Secūdum dicitur de xp̄o ratione mēbrorum suorum. similiter etiam modo debet intelligi quod dicitur canti. primo. Osculetur me osculo oris sui quia meliora sunt vbera eius vino: primū est verbū sponse frui sponso desiderātis. quod autem sequitur quia meliora sunt vbera eius vino verbū est sponsi sponsam comendantis. ¶ Secūda regula est de corpore christi mistico vero et simulato ecclesia siquidem est sagena non dum tracta ad littus cōtinēs pisces bo

nos et malos permixtos indistincte sed separados ab inuicē in fine seculi vt dr. Mat. xiij. et ideo in sacra scriptura mali comēdantur cū bonis quibus sunt permixti sicut Osee. xj. israel et dilexi eū et econuerso aliquā boni vituperantur cū malis: sicut Esa. primo cognouit vos possessorem suum et asinus presepe dñi sui israel aūt nō cognouit me aliquā in eodem cōtextu exprimitur quid ad bonos ptineat et quid ad malos sicut cāticorū pmo. Nigra sum sed formosa sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis verba sunt sponse ecclesie que ratione malorū dicitur nigra et ratione bonorū formosa. ¶ Tertia regula est de spū et littera scdm qp accipitur sub eadez littera sensus historicus et misticus. qz veritas historie tenēda est et ad spūalez sensum referēda sicut apls loquens Gala. quarto ait. Dis q scdm carnē natus est. i. Ismael persequebatur eū. qui scdm spiritū natus est. i. Isaac trahendo eū seu alliciendo ad malum: et figurat spiritualiter malos in ecclesia persequi bonos. potest etiam exponi predicta regula vt referatur vtrūqz ad sensum litteralem tantū qui quāqz est duplex. sicut illud quod dñs dicit primo paralipo. xvij. ego ero illi in patrem et ipse erit mihi in filium. ad litteram hoc intelligitur de salomone et de christo. sed secundum qp intelligitur de christo. potest dici secunduz quid sensus spiritualis in quantū christus fuit figuratus in salomone. ¶ Quarta regula est. de specie et genere seu de parte et toto

cum de vno transitur ad aliud: sicut Esa. xiij. onus babylonis. i. malū seu flagellū inducendū sup babylonem. & hoc specialit minat cōtra babylonem & trāsit statim ad intelligendū verbū de toto mundo generalit p hoc qd subditur a sumitate celi dñs & vasa furoris ei9 vt disp̄dat oēm terrā: post ea revertit ad loquendū de babylone spetialiter cū dicit ego suscitabo sup vos medos qui argētū non querāt q2. s. darius medus cū ciro nepote suo cepit babylonē & interfecit Balthasar regē ei9. Danie. v. ¶ Quita regula est de tpibus q̄ contingit quadruplicit vno modo p sinedochē. qn ponitur pars tēporis pro toto sicut in euāgelijs dr xp̄s fuisse in sepulchro trib9 dieb9 & tñ prima & vltima dies nō fuerunt cōplete. Secūdo modo ppter minutias tpis q̄ aliqn cōputant: aliqn omittūt. Et iuxta hoc scriptura loquēs de aliquo numero annoꝝ in pluribus locis aliquādo ponit plures ānos p̄dictas minutias numerās alio loco pauciores predictas minutias omittendo. Tertio modo cōtingit eo q cōputatio annorum incipit in vno loco scripture a priori tpe in alio loco a posteriori: sicut Gene. xv. dictum est abrae semē tuum futurū est peregrinū. cccc. annis. & Exo. xij. dicitur q mansio filiorū isra el in Egypto fuit quadringentis & triginta annis quia hec computatio maioris numeri icipit a tempore quo dictum fuit abrahe Gene. xij. egredere de terra tua. Cōputatio vero minoris tēporis in-

cipit a natiuitate Isaac: que fuit post egressum abrae de arã triginta annis. ¶ Quarto modo contigit. eo q scriptura loquitur de futuro per modum preteriti vt illud Esaie. ix. paruulus natus est nobis quod fit propter certitudinem prophetie cuius aduentus de futuro est ita certus sicut si iã preterisset propter in euitabilitatẽ diuine prescientie ex qua pphetis fit reuelatio. Aduertendum tamẽ q predict⁹ modus locutionis habet locũ in prophetia predestinationis seu prescientie nõ in prophetia cõminationis q̃ frequẽter mutatur. Vt patet de Ezechia cui dictum est dispone domui tue quia morieris z nõ viues Esa. xxxviij. Et similiter de niniuitis. ¶ Sexta regula est de recapitulatione et anticipatione. In sacra enĩ scriptura nõ semper eodem ordine gesta z facta scribuntur quo fiunt: et ideo quãdo p̃ponũtur posteriora dicitur anticipatio. quando vero fit econuerso dicitur recapitulatio. sicut Gene. x. dicitur ab his diuise sunt insule gentium in regionibus suis vnusquisq3 secundu3 linguã suam. Et postea capitulo. xj. dicitur. Erat autem trr̃a labij vnius z sermonum eorunde3 ex quo patet quod dictum in capitulo. x. de diuisione linguaru3 dicitur per anticipationẽ similiter Genesis. ij. capitulo postquã descripta est creatio celi z terre z ornatus eorũ subdit iste sunt generationes celi z terre quod est per recapitulationem.

¶ Septima regula est de demone z eius corpore

vt dicit beatus Gregorius in homelia: certe omniū malorū hominū caput diabolus est et oēs iniq sunt mēbra eius et ideo propter cōnexionem capitis ad membra scriptura loquens de vno in eodem cōtex/tu transit ad loquendum de altero. sicut Esai. xiiij. loquens de Nabuchodonosor rege babilonis qui erat membrum diaboli trāsit ad loquēdum de principe demonū: cū subdit: quomō cecidisti lucifer q mane oriebaris et Ezechiel loquēs de principe tiri malo trāsit ad loquendū de diabolo cū subdit. tu si gnaculū similitudinis. plen⁹ sapia et pfect⁹ decore. Scōm hiero. et hebreos. abinitio mundi vsqz ad xpm fluxerūt. iij. M. dcccc. lxv. āni Sz scōz bedā et lxx. interptes fluxerūt. v. M. clxxxix. q cōputatio cōior est. ¶ Iudei in reuerētiā sacre scripture nullo mō sedere audēt iuxta libros veteris testamēti. ita alter sicut illi sunt positi. quod ē ad cōfusionē mul/to℞ xpiano℞ q inreuerēter tractāt libros sacri euā/gelij. ¶ Scōm multos habreos. quos sequit bar rabā hebre⁹ magr bti Hiero. vn̄ et ipse aliquomō vr idē seq et idē tenet Nichola⁹ delira. Dauid non fecit oēs ps. sz aliquos fecit asaph aliquos idithū. aliquos filij chore vn̄ et ipsis intitulant ceteros vero sine titulo fecit melchisedec. moises. abrahā. et salomō. sz beat⁹ Aug. et cōis rit⁹ ecclie asserit qz oēs ps. fecit dauid. sz qz aliqn tradebat cātādos tribus principalibus cātoribus. s. asaph filijs chore et idithū qerant ī choro hemā ideo ipsis intitulant nec

sunt ps collocati eo ordine quo sunt facti sed sicut fuerūt reperti p esdrā post captiuitatem babilonis quod patet: quia ps. lxxi. fuit vltimo in veritate factus vnde in hebreo apponit ei. cōplete sūt orōnes dauid; sz qz rept⁹ ē post ps. lxx. ideo ibi collocat⁹ est.

Ad qd se extēdat suspēsio cruciate z iubilei.

¶ Ann⁹ iubilei olim fiebat d quinquagesimo in quīquagesimū annū: post abreuiatū est z decretū vt de trigesimo tertio in trigesimū tertiū esset. tādē statutū est vt fiat de vigesimo quīto in vigesimū quintū. z ne populoz concursus z dicti iubilei celebratas minuatur in āno iubilei cōmuniter suspēduntur oēs indulgetie plenarie ad beneplacitū pape quouis modo z ex quauis causa cōcesse qbus cūqz eccl'ijs monasterijs: hospitalib⁹ vniuersitatib⁹ z cōfraternitatib⁹ tā p vita q̄ p mortis articulo. exceptis indulgētijs q̄ sunt rome. z incipit dicta suspēsio a natali dñi. in quo. iiij. suspēduntur primo indulgētie plenarie: secūdo facultas dispēsandi z cōmutādi vota. tertio autoritas deputādi cōfessoris. quarto facultas absoluēdi a casib⁹ reseruatis pape z nota q̄ nō loq̄tur cū psonis spālibus nisi cū cōitatibus. vide in extrauagāti. de peni. remis. capi. quē admodū. Ex quibus patet q̄ per hoc nullum preiudicium fit religiosis maxime mendicantibus in anno iubilei. Tum quia non suspenduntur priuilegia sed solum indulgentie z adhuc solum plenarie vt patet in bulla iubilei et concessa mendican

tibus priuilegia potius sunt q̄ indulgentie ⁊ stri/cte sumendo priuilegiū ⁊ indulgētiam multū diffe rūt. Tum qꝛ priuilegia p̄dictoꝝ ordinibus sunt concessa nō monesterijs: ⁊ ibi non fit mētio de ordi nibus sed solum de monasterijs. ⁊ cū concessa mo/nasterijs eoꝝ toti ordini sint concessa videtur q̄ in/dulgentie concesse eoꝝ specialibus monasterijs nō suspendantur sed durēt nō quatenus monasterioꝝ sed quatenus ordinū ipsoꝝ. Presertim qꝛ per hoc non frustratur intentio pape qꝛ papa prohibet reli giosos vagari nec est mēs eius vt ipsi vadāt romā propter hanc indulgentiam. Unde priuilegia mē dicantiū manēt in suo robore ⁊ virtute ipsorū tem/pore interdicti possunt admittere ad diuina tercia/rias ⁊ seruitores ⁊ medicos ac procuratores suos in anno iubilei ⁊ ista que sunt odiosa restrigēda sūt ⁊ non amplianda.

Et si que gratie monasterioꝝ mendicantium suspenduntur solū sunt ille q̄ hn̄t respectū ad personas extraneas: non quo ad personas ipsi⁹ or/dinis. Unde durāte dicto iubileo tales indulgen/tie nō debent publicari. qꝛ tn̄ prohibito pontificis ista aliq̄n restringuntur ⁊ ampliantur curādū est to ta diligentia vt decretū pape super hoc in singulis annis iubilei videatur. cōmuniter tn̄ clausula suspē sionis est forme predicte ⁊ interim dum aliud nō con stat hoc seruandū est ⁊ non amplius. quia sic prati/

cōmuniter alias sequeref̄ φ capitula ecclesiarū ca-
tedraliū perderēt suas exēptiones ꝛ priuilegia cuȝ
non sint maioris roboris φ̄ nr̄a: mēs igit̄ pōtificis
est suspēdere solū idulgētias q̄stuarias ꝛ illas q̄b⁹
habitis retraherentur hoīes a visitāda vrbe ꝛ fru-
strarenē grā iubilei. ꝛ idē dic de cruciatis. nec sunt cō
cessiones religionum quo ad religiosos q̄stuarie: cū
illas nō cōsequanē porrigēdo man⁹ adiutrices: sed
cor purū ꝛ orōnes deuotas q̄b⁹ plus ꝓsunt intētio
ni cruciate φ̄ pecunijs ꝛ sic nō sunt in p̄iudiciū cru
ciate cautius tñ esset procurare φ expresse exciperē
tur religiosi quo ad se ꝛ etiam quo ad alios in qui
bus nō possūt diuidi: vt priuilegio quod habem⁹
ō suspēdēdo interdicto in nr̄is festis nō possemus
bñ vti nisi seculares possent tūc gaudē. in suspēsiōe
